


Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

3, - 191.

DA BOX

LN 396

ex. 1

M

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

HYPOMNE-SIS DE EXTREMO VNIVERSALI DEI IV-dicio & præparatione Chriſtia-na in inſtantem mundi fi-nem, ſcripta

Ab

IVARO BARTHO-LINO DANO.

Vigilate igitur quia neſcitis qua hora filius hominis uenturus eſt.

VITEBERGÆ
Excudebat Petrus
Seitz.

1565.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

ILL
SIMO
MINO D.
niæ Sacri
reſcalco
ringiæ
Burg
ſi

Pace

poſteritati
Domini ve
ris recipies
catum tuũ
enim de pro

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

ILLVSTRISſIMO PRINCIPI AC DOMINO D. AVGVSTO DVCI SAXOniæ Sacri Romani Imperij Archimareſcalco & Electori, Lantgraui, Turingiæ, Marchioni Miſniæ, & Burggrauio Magdeburgenſi Domino ſuo clementiſsimo.

Pacem & gaudium in Spiritu ſancto.

ILluſtriſsima ſanè vt & grauiſsima concio, Illuſtriſsime Princeps, initio conditi orbis, Adami filijs & poſteritati vniuerſæ propoſita eſt, his Domini verbis ad Cainū: Si benè egeris recipies: ſin autē malè cubabit peccatum tuū donec reuelabitur. continet enim de prouidentia Dei, de præmijs

bonorum, & iudicio diuino in ſcelera delinquentium, rebus longè maximis, ampliſsimum teſtimonium. quod quidē omnibus ætatibus, voluit huius Vniuerſi Conditor, creaturæ rationali, cui ſapientiæ & iuſticiæ ſuæ radios initiò impreſſerat, liquidò eſſe cognitum. Idq́ʒ his maximè de cauſis.

Primò, vt quod aliâs non raro inter homines impiè controuerſum eſt, Deo mortalium rerum curam eſſe, indubitatò conſtaret: ne mentes humanæ, mirandarum confuſionum ordinis naturæ, & triſtiſsimarum, bonorum etiam, complurium calamitatum intuitu, in furores & cogitationes Epicureas de Deo abriperentur.

Secundò, ne in peccati & horribilis illius ἀταξίας (quam in natura corrupta perſpicimus) ſuſpitionem veniat æterna bonitas. quæ cum ſe horribiliter

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

liter peccatis iraſci, eaq́ ſuo iudicio & pœnis in genere humano proſecuturam teſtetur: ſatis euidenter oſtendit ἀνομίαν & ἀταξίαν in natura hominis, contra ordinem à ſe primitùs inſtitutum, aliunde obortas eſſe.

Tertio vt, cum violato ordine diuino, ſuæ originis ab homine peccatum acceperit initium: agnoſcatur iuſticia Dei violati ſui ordinis vltionem ab homine poſcentis, punientiſq́ atrocibus pœnis temerariam humani generis petulantiam, qua ſponte ſua ſe à Deo auertit & peccatis inuoluit. Ita Cain indignabundus, quòd ad ſacrificium ſuum non reſpexiſſet Dominus, audit ſe ob malitiam à Deo iuſtiſsimo iure deſeri, & ſuis meritis digna expectaturum præmia.

Quarta cauſa eſt, vt in omnibus vitæ ærumnis et tragicis multarum re-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

rum euentibus, firmam conſolationem pij habeant, intuentes animo promiſſiones miſericordiæ diuinæ de futura beata immortalitate, & remunerandis pietatis officijs, etiam in hac corrupta & languida natura, quæ res amorem Dei, fidem & diligentiam in pietatis profeſſione inter homines exuſcitat.

Quinta eſt, vt teſtimonium horrēdi aduerſus peccatum iudicij, animis impijs timorem inijciat, pœnitentiam prædicet, & ſecuritatem tollat, quò piè regendarum vitæ actionum omnium rationem inſtituant. Neq; enim eſt vllus ad percellendos humanos animos vehementior aculeus, quàm quòd intelligant à Deo eiuſmodi iudicij dictum eſſe diem, quod impios ad omnium actionum conſiliorumq; ſuorum exactiſſimas rationes reuocabit. Itaq; vt etiam in hac corporali vita conſpiceretur

quo-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

quodammodo, quod verbo futurum prædicitur in generali mortuorum reſurrectione, iudicium ſuum Dominus omnibus ſeculis ita exercuit, aduerſus eos etiam ſontes, quorum conuerſioni culpam ignouerat, vt regulariter atrocia delicta tragicis calamitatibus punierit.

Sexta cauſa eſt, vt extet perſpicua & dilucida confutatio impijſſimæ opinionis, maximæ partis hominum, qua ſecuturum poſt hanc vitam Dei iudicium extremè rident & contemnunt, quòd multis diuturnior impunitas, permiſſu Dei concedatur. Nam etſi quidem in malitia, aliquousq́ progredi impios, & requieſcere interdum peccati pœnas, concedat Dominus: teſtatur tamen eas ad ianuam cubare, & ante fores, impios manere: vt ſi vel prius non excitantur, certißimè tamen

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

occurſuræ ſunt hac vita exeuntibus.

Suntq́ hæ ferè cauſæ cur inſignem hanc concionem de iudicio ſuo aduerſus peccatum, ſtatim ab exordio rerum, Impiorum parenti Caino propoſitam, velit Dominus ſemper in genere humano ſonare, ac miniſtrorum ſuorum ſumma fide & diligentia repeti & inculcari. Vt enim ſuos habuerunt omnes ætates, Epicureos contemptores prouidentiæ & iudicij diuini: ita habituræ quoq́ ſunt vſq́ ad conſummationem ſeculi ἐμπαίκτας, vafritie & aſtu Sathanæ excitatos, vt fanaticis opinionibus & deluſionibus, præcipuis doctrinæ Chriſtianæ articulis de prouidentia Dei, de immortalitate Animæ, beatitudine piorum, & cruciatibus ſceleratorum, nebulas offundant. contra quos teſtimonijs luculenter à Deo æditis, muniri conſcientias vtiliſsimum fuerit,

rit,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

rit, ne vel in deſperationem vel ſecuritatem carnalem & contemptum Dei (vicia, in quæ natura corrupta, ſpontè prona eſt,) impiorum ſophiſmatis facilius abducantur. Præſertim vero hac decrepita mundi ætate, in quam ſicuti omnis generis ſcelera, quæ ſigillatim in ſuperiores ætates ſe olim ingeſſerunt, nunc cateruatim infunduntur: ita in ijſdem ſumma hominum ſecuritas eſt & cæcitas, ſtudio & opera vndiq; circumuagantium Diabolorum. qui cum exactè ſatis intelligant diem Domini in foribus eſſe: non ſolum id operam dant vt peccata cumulent, quin etiam ex vſu ſibi quàm maximo eſſe arbitrentur, ſi aſtutè cauerint, ne quæ impijs intenſa ſunt retia, quiq; iam in foribus eſt omnium impiorum interitus, ab hominibus conſpiciantur. Itaq; omnibus artibus id laborant & furioſè in-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

ſectantur, vt quàm plurimos impunitatis opinione in ſecuritatem inducant, & iterata ſæpius peccati conſuetudine obcæcent. Quomodo maximam humani generis partem in ſcelera ruere, & excæcatã in id, quod ante pedes eſt, damnationis baratrum præcipitanter ferri videmus. Nec deſunt in ea multitudine Epicurei deriſores iudicij & reſurrectionis mortuorum, præſertim qui voluptatibus affluunt Cyclopes, qui iuxta proprias concupiſcentias ambulant dicentes: vbi eſt nunc pollicitatio aduentus eius? ex quo enim patres dormierunt, omnia ſic perſeuerant ab initio creationis. Ac licet quidem perſpicuis filij Dei & ſanctorum Apoſtolorum concionibus conſcientiæ multorum conuincantur de ſecuturis impiorum pœnis & piorum præmijs in generali Dei iudicio: imo vero ex collatis ad hæc tem-

pora

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

pora vaticinijs intelligunt, paucis admodum annis abeſſe diem, volentes tamen ignorant iudicium, & imminentem perditionem impiorum hominum. idq́ operibus teſtatum ſatis faciunt, quàm cum his qui iudicium Dei blaſphemis inſectantur verbis, omnino cõſentiant. Rurſus, cum inſtinctu Sathanæ peccata in immenſum excreuerint, iuſtoq́ Dei iudicio, quæ in ſceleribus vberior eſt, in pœnis etiam ſit hæc ætas abundantior: vſu venit, vt earum magnitudine fracti non pauci animos abijciant, & præ angore & expectatione vndiq́ apparentium calamitatũ in deſperatione extabeſcant. Quodq́ alij nefariè vel rident vel contemnunt dei iudicium, illi deſperando impiè exhorreſcunt.

Horum omnium exemplis vt & triſtiſſima rerum facie ſub hunc mundi finem, non aliter laceratur & miſe-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

miſerabiliter concutitur, qui ex volun-
tate Domini ſemper hæret in cruce, pu
ſillus Eccleſiæ grex: quàm olim in di-
luuio Arca Noe ſubinſurgentibus &
deſuper magna mole ruentibus aquis,
vt iamiam peritura, huc illuc eſt im-
pulſa. Quocirca maxima Doctoribus
Eccleſiæ, ſi vnquàm aliâs, incumbit
cura & diligentia, vt hanc Chriſtianæ
doctrinæ partem, repetitis crebro Do-
mini & Apoſtolorum concionibus illu-
ſtrent. ac ſeriò impios ſuæ ſecuritatis
admonentes oſtendant, quanto cum diſ
crimine ſalutis, res coniuncta ſit, niſi
matura pœnitentia caueatur. Non enim
niſi horribili Sathanæ impulſu fieri,
quòd ex rebus ſecundioribus & diu-
turniore impunitate, confidentiam in
ſceleribus & contemptum diuini iudi-
cij concipiant. futurum enim vt mox æ-
ternis iiſq; grauiſſimis ſupplicijs præ-

ſentem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

ſentem ſecuritatem & ſui contemptum Dominus ſit vindicaturus. Pij vero adhibitis quæcunq; ex ſacris literis adhiberi in hanc rem poſſunt argumẽtis, erigendi confirmandiq́; ſunt, ne in hac extremorum temporum ματαιότητι naufragium fidei faciant, et conſpectu ſenſuq́; tantorum malorum deficiant. imo vero poſtulat pietas & præſentium confuſionum magnitudo, vt ſe inuicem illi alloquantur, & prædictionem Domini de his ipſis turbis & anguſtijs poſtremorum temporum, cum adiuncta efficaciſsima conſolatione crebro ſermone vſurpent. quo ſolidè & efficaciter corroborentur pectora noſtra, ne communibus aut priuatis doloribus ſuccumbamus. In hos vſus Illuſtriſsime Princeps, præſentem ὑπόμνησιν de futuro mox Iudicio Dei, in hac alma C: T: Academia Vitebergenſi ſum

me-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

meditatus .Vt etiam publico docendi munere, quod in Eccleſia & Academia Danica aliquot annos ſuſtinui, egreſſus: pro meorum donorum tenuitate, eam ipſam præcipuè doctrinæ cœleſtis partem, quam nunc omnium piorum operam poſtulare in confeſſo eſt, publicè promouerem, propagarem & inculcarem rudioribus pijs ſimul & impijs. ſi fortè, benedicente Domino, aliquorum ſaluti et conſolationi in hac profundiſſima ſecuritate & confuſionibus vltimorum dierum, operam non inutilem impenderem. Tuo autem auguſtiſſimo nomini, hunc qualẽcunq; laborem, ideo conſecraui, quòd agnoſcerem ſubmiſſam gratitudinem & ſtudia mea, quæ ſanctiſſimi principis ſoceri Tui, fœliciſſimæ memoriæ, Regis Danorum Chriſtiani Tertij liberalitate, in hac ipſa. C: T: Academia ante

annos

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

annos complures, ſunt adiuta: Tuæ e-
tiam Celſitudini ſubiectè deberi & ob-
noxia eſſe. Tum etiam quòd quæ C:
Tuæ eſt cum Sereniſſimo & Inuictiſ-
ſimo Rege Friderico Secundo, Clemen
tiſsimo Domino meo, affinitas effece-
rit, vt vniuerſam Gentem noſtram in-
credibili amore & ſtudijs illuſtriſsimis
C: T: proſequatur. quæ omnia vt de-
bitam obſeruantiam & gratitudinem
erga C: T: à nobis vniuerſis & ſingu-
lis merentur: ita polliceri mihi quoq;
viſa ſunt, fore vt C: T: hanc meam
tenuitatem, & obſeruantiæ ſignifica-
tionē clementer ſit acceptura, quod eti-
am ſubiectiſsimis precibus à C: T: re-
uerenter contendo. Oro etiam fili-
um Dei qui C: T: vni admouit ex
præcipuis Imperijs Romanæ Monar-
chiæ, in qua breui rediturus erit glori-
oſus Iudex viuorum et mortuorum, vt
quod

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

quod incepiſti bonum opus & ſummum ſtudium promouendæ Eccleſiæ & bonarum artium, perficias vſq; in finem, quò ſaluus ſis in Die Domini noſtri Ieſu Chriſti. Benè vale. Datæ Vitebergæ 3 Iduum Martij. Anno incarnati Redemptoris 1565. Conditi orbis 5527.

C. T.

Reuerenter colens.

Iuarus Bartholinus fionius

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

CVM ſuum cuiq; à Deo talentum ideò collatum eſſe conſtet: imò & hunc conditi hominis & demandatæ cuiq; vocationis terminum eſſe, vt totis animi corporiſq; viribus non ſibi aut amicis etiam ſolis, multò autem maximè gloriæ Dei & communi hominum ſocietati negocietur: in hoc certè nobis elaborandum eſt ſingulis, in id nerui omnes intendendi, acuendum ingenium, conferenduſq; totus eſt conatus, vt quantum quidem in hac naturæ infirmitate fieri poterit, nomini Dei & humanæ ſocietati ſtudeamus. Sic Apoſtolus Timotheo diſcipulo ſcribens author eſt, ne gratiam diuinitus acceptam, negligat: quo dicto ſinguli monemur, ne qualiacunq; dona ingenij, eruditionem vel iudicij rectitudinem ſinamus ocio vel

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

ſocordia paulatim in nobis obliterari, quo minus illuſtrandæ gloriæ Dei, iuuandæq; et exornandæ Eccleſiæ ſeruire poſsint. Id enim qui committunt, non modo Deum quem laboribus quoq; honorare par eſt: Sed & ſanctam Eccleſiæ ſocietatem perfida negligentia ledunt, redigendi olim ad exactiſsimas mandatorum talentorum rationes.

Etenim comperimus homines Ethnicos, (qui naturali tantum rationis lumine cognouerant, ſibi ſoli natum eſſe neminem) ad illuſtrandam ſui generis ſocietatem, tanto fuiſſe ardore ſollicitos vt non dubitauerint facultates omnes, famam, ſanguinem & vitam Reipub: ſaluti impendere. Nobis autem qui de veri Dei agnitione: de nomine Chriſtiano, & ſocietate Eccleſiæ gloriamur abundè,

quanto

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

quantò id pro gloria Dei & Eccleſiæ ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti faciundum erit impenſius: eò verò maximè quòd & mandato diuino impellamur, & donis fruamur à Deo in hoc ipſum datis, vt alij alios de Deo & rebus bonis erudiamus. Sed & ideo à Deo ſæpe miraculoſè conſeruamur ac è medijs Diabolorum & malitioſorum hominum furoribus eripimur, vt ſimus aliquando idonei ad labores Eccleſiæ & communi vitæ neceſſarios.

Hæc cum diligentiùs cogitatione verſarem, æquum eſſe ſum arbitratus, vt & ipſe donatus ſancta Eccleſiæ ciuitate, pro accepti à Deo talentuli ratione, cogitationes & labores qualeſcunq; meos in commune conferrem: præſertim quod mihi id habeam perſuaſiſſimum non ſolos gra-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

tum Deo officium facere eos qui aurum, argentum, gemmas, byſſum, purpuram vel hyacintum: ſed & qui pelles tantum & pilos caprarum in ædificationem tabernaculi pro ſuis facultatibus offerunt.

Viſũ autem mihi eſt de illo fidei noſtræ articulo, qui eſt de Extremi iudicij glorioſo Die, coràm Eccleſia paucis diſſerere. Mirum enim quàm in omni ſemper ætate non inter ſolos atheos extra Eccleſiæ ſocietatem vagantes: ſed et in ipſa quoq; ſanctorum communione horrendæ de hoc articulo dubitationes & multorum impiè Philoſophantium variæ diſputationes ſemper extiterint. Vnde etiam in quibuſdam locis piè olim conſtitutum legitur, vt in ſocietatem Eccleſiæ per baptiſmum recipiendi, ad demortuorum hominum oſſa ſiſterentur interrogandi, crederent

ne hos

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

ne hos ipſos, quorum ob oculos oſſa intuerentur aliquando reuicturos, & in vitam à Deo in generali iudicio reuocatum iri. At enim quàm hoc Dei iudicium his triſtiſſimis delirantis mundi confuſionibus hodiè rideatur ab impijs, negligatur verò, aut etiam languidè admodum à Chriſtianis expendatur, & rariſſimis vſurpetur ſermonibus, magis deplorandum quàm demonſtrandum nobis erit. cum vbiq; ferè audiatur vulgò, impium illud apud Ezechie: Iudeorum prouerbium:

PROLONGANTVR DIES
ET PERIIT OMNIS VISIO.

eò enim dementiæ impiā multitudinem ſtultus abuſus diuitiarū bonitatis, patientiæ & μακροθυμίας diuinæ redegit: vt non modò fruſtratas, vt putat, piorum prædictiones contemnat & rideat, cum differri videat iudicium & pœ-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

nas meritas: ſed & inſuper ſi quæ ti-
menda calamitas prædicitur à pijs,
immoderatè admodum ferat, & ad
mentionem futurorum peccatoribus
malorum excandeſcat. Quocirca ope-
ræ facturum me magnum precium ex-
iſtimaui, ſi tantopere inſanientem
mundum publice ſaltem admonerem,
præclarè mecum actum eſſe arbitra-
tus, ſi per me ad pœnitentiam impij
vocentur, intelligantq́ ſiue rideant,
ſiue plorent: mox ipſis adfuturum
ad tribunal filium Dei horrendiſſi-
mum (niſi reſipiſcant) iudicem: pij
vero harum rerum cogitatione com-
munem ſibi cum tota rerum natura ge-
mitum leniant, ardentiſſimisq́ animis
in futurum mox iudicium & ſecutu-
ram glorioſam liberationem ſe præpa-
rent.

Videtur autem nobis tota res
in

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

in horum potiſſimum trium membrorum conſideratione conſiſtere & explicari poſſe, Si primò doceamus neceſſariò ſupereſſe aliud quàm hactenus apparuit Dei de actionibus humanis iudicium: & quid qualisq; erit ille de quo dicitur, extremus vniuerſalis Iudicij dies. Tum, cur alijs formidini & terrori: alijs verò conſolationi ſit in hac vita. Poſtremò quomodo eum Deus Mundo prænunciârit, vnde ratiocinabimur quod in hæc ferè tempora finis mũdi incidat. His adijciamus & admonitionem quo quemq; modo in futurum iudicium, paratum, ſemper & accinctum ſtare deceat.

Mundus vt ſuo ſemper more, ſuadente & impellente diabolo donis Dei omnibus: ita & miſericordia lenitateq; diuina in puniendis ſceleribus, in contumeliam Dei & ſui ipſius per-

 ditionem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

ditionem fœdè abutitur. Poſtquàm enim aduertit Deum ex ineffabili ſua longanimitate, etſi videat ſcelera, audiatq́ piorum querelas & gemitus, non tamen ſtatim ad expoſitionem cauſæ piorum, ſententiam dicere, punireuè repentina ſupplicia meritos: ſed longum concedere pœnitentiæ ſpacium & meditandæ Apologiæ, priusquàm rem in iudicium deducat: hanc ſibi indulgentiam in tantam ſecuritatem arripit, vt iudicium & venturas pœnas prorſus contemnat: præſertim quòd & non rarò videat ſceleratos pacificè etiam extremum diem claudere, nec vllis affici huius vitæ calamitatibus. Hinc eſt immoderata illa Impiorum ferocia, intolerabilis ἀσέλγεια & multiplex iniuſticia. hinc & extremus Dei & rerum diuinarum contemptus, dum nullum iudicium, nul-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

las pœnas, nullam mortuorum reſur-
rectionem expectent. portenta vero
& ſigna in cœlo, terra & mari, cum
quotidiana ſint non aliter habentur
quàm ſi inania eſſent deterrendis aui-
bus in agrorum terminis extructa ter-
riculamenta. quocirca & ſtatim viſa
vel audita remittuntur in aërem, vſq;
adeô vt & ipſi pij ex perditiſſimi ſecu
li noſtri communi infirmitate laboran-
tes incipiant paulò ſecuriores fieri.

Sed & non pauci moderati ho-
mines & nec prorſus athei, præſenti-
bus rerum confuſionibus & effrenata
Cyclopum immanitate turbantur &
ad deſperationem de cura & prouiden-
tia Dei ſollicitantur, vt Vlyſſes in
Cyclope Euripedis inquit, ὦ ζεῦ ὅρα
τάδε. ἐι γὰρ ἀυτὰ μὴ βλέπεις, ἄλλως νομί-
ζῃ, τὸ μηδὲν ὢν θεός. Cum enim multa in-
ordinatè legibus naturæ contraria fer-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

ri vident, premi bonos, florere impi-
os, plurimaq; Cyclopas attrocia ſcele-
ra in hac vita impunè committere: ra-
tiocinantur vel non eſſe Deum, vel ſi
ſit, nulla eum noſtrarum rerum cura
affici. At cum firmiſsimis demon-
ſtrationibus ex verbo Dei & tota re-
rum natura deſumptis, eſſe Deum ita
manifeſtum ſit, vt qui hoc dubitat,
idem mundus ſit, an nullus ſit dubita-
re etiam poſſit: nolint velint fatebun-
tur omnes, eundem & iuſtum eſſe &
tàm in minis quàm promiſsionibus ve-
racem, cùm ne quidem ſine iſtis virtu-
tibus Deus dici poſsit.

Hæc cùm ſe ita habeant, &
conſtet tamen in hac mortali conditio-
ne noſtra, multa multorum atrocia
delicta non puniri, ac iniuſtè affligi
ſæpe bonos: quid poteſt eſſe tam aper-
tum tàmq; perſpicuum, quàm adhuc
reſtare

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

reſtare iudicium Dei poſt hanc vitam, in quo ab his qui morte, pœnas ſceleris effugerint, merita expetantur ſupplicia & pijs ſua diuinitùs promiſſa dentur præmia? Equidem haud intelligo quo nos pacto Deum ab iniuſticia vindicaturi ſumus, niſi ea mundi καθάρματα quorum atrocia ſcelera paſſim in omnium hiſtoriarum libris celebrantur: parentum dico, fratrum ſororumq́ carnifices, pietatis & iuſticiæ oſores, Dei hoſtes, & multo madidos piorum ſanguine Tyrannos, impunitorum aliquando ſcelerum pœnas luant. quoniam enim natura duce intelligimus nihil à Deo alienius quàm impunitam admittere iniuſticiam: noſtræ quoq́ rationis lumine facilè perſpicimus neceſſariò requirere iuſticiam eius vt aliquando de factis enormibus generali quodam iudicio ſtatuatur.

Ac

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

Ac vt propius ad rem venia-
mus, In ſacris etiam libris quorum in-
dubitata fides eſt, promittit qui men-
tiri neſcit Deus, ſibi fideliter militan-
tibus, abolitionem Regni Sathanici,
ac victoriam & triumphum de hoſti-
bus Diabolo, Peccato & morte. Quod
vero ad ea eſt, ſi animum in omnes
mundi angulos circumferimus, ac di-
ligenter ſingula luſtramus, deprehen-
dimus non modo non abolitum re-
gnum Aduerſarium, ſed & ſuos habe-
re maximos acceſſus & regno Dei
potenter adhuc aduerſari. Mundi
enim Principatu, qui proſtrato homi-
ne in ſuam poteſtatem ſemel venit, ſtu-
dioſè Sathan vtitur, aërem turbat &
inficit, terram concutit: aquas maris
ciet & prouocat: incredulorum men-
tes excæcat, occupat, excitat & impel
lit, vt filijs Dei noceat, & regnum
Christi

Chriſti, à quo periculum eſſe ſuo imperio intelligit, conturbet & minuat. Neq; enim infœliciter ipſi hactenus hæc Martis alea cecidit, cum ſui Imperij fines ita dilatârit & promouerit, vt eius reſpectu puſillus Eccleſia Chriſti grex ſit. Ac ne ipſe quidem etſi ſtationem ſuam tueatur, in hac vita triumphum ab hoſtibus reportat. Experiuntur enim omnes ſancti (vt primum de ſpiritualibus dicamus) quàm infœliciter ſæpe cum peccato pugnent, quàm vincantur & cadant ſæpe. Vt neceſſe ſit cum Apoſtolo exclamare Miſer Ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius. Tum verò ſi corporalia reſpexeris: Deum immortalem quàm infinitis calamitatibus & miſerijs Eccleſia in hac vita obruitur & penè opprimitur. Remittamus animos ad rerum vſq; initia,

quot

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

quot & quàm funeſtos in omnibus mundi ætatibus innocentiſsimorum hominum rogos videmus: quàm largos piorum ſanguine manantes fluuios: Econtra vero rerum potiri, florere ſummis honoribus & opibus ſceleratiſsimos Nerones, Maximinos, Maxentios et monſtra ſimilia qui ſanctos Dei dilaniant.

Cum itaq; Chriſtus quod ad membra attinet, nondum plenè vicerit, nec penitus aboleuerit regnum Diaboli: neceſſe eſt aliquando prorſus abolitum iri poteſtatem eius: ſumi de hoſtibus Dei finale ſupplicium: & militantem in terris Eccleſiam plenè deuictis hoſtibus glorioſum cum Rege Chriſto triumphum agere. Id vero cum ob infirmitatem naturæ noſtræ & inhærentem vicioſæ originis labem, fieri in hac vita minimè poſſe,

intelli-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

intelligimus omnes qui hanc carnem geſtamus: conſequens erit aliam neceſſariò expectandam reſtare vitam, in qua renouanda erit natura noſtra, liberandaq́ prorſus ab iſtis peccati & mortis ſtimulis, qui nos in hac mortalitate è gradu perfectionis ſæpe deijciunt & conculcant. Vt non ſolus Serpens, ſed & peccatum, & cum peccato mors noſtris pedibus ſubijciantur. Impij vero, quoniam & ipſi hoſtes Dei ſunt, qui ad libidinem principis ſui Diaboli, in ſanctos Dei omne crudelitatis genus exercuere: omnibus querelis & accuſationibus piorum ad tribunal Dei ſunt reſponſuri. Cum enim omnem vltionem Deo pij ſemper reliquerint impiorumq́ ſeuitia & tyrannide oppreſſi ad iudicium Dei prouocauerint: ſicuti teſtatur ad Cain Dominus, ſanguis, inquiens, fratris

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

tui Abel clamat de terra ad me. Et in Apocalypſi dicitur: Vſq; quo Domine, qui ſanctus & verax es, non vindicas, & iudicas ſanguinem noſtrum de his qui habitant in terra: Deus ſua motus veritate & iuſticia, de relatis ad ſe inde vſq; ab orbe condito, piorum impiorumq; controuerſijs, die à ſe conſtituto eſt iudicaturus, iuxta promiſsionem: An non faciet Deus vindictam electorum ſuorum clamantium ad ſe die ac nocte.

Et enim vt huius iudicij ſeueritatem & iram ſuam aduerſus peccatum, mundo teſtatiorem faceret: ſubinde in genere humano atrocibus pœnis & ſupplicijs in ſcelera ita animaduertit, vt diuinitùs eas veniſſe pœnas mundus liquidò cognouerit. Sunt eius rei Exempla, Conflagratio Sodomorum, multarumq; gentium

euerſio

euerſiones & vniuerſale Noe diluuium, quæ nos euidentiſſimè conuincunt, Deum haud dubiè omnium Impiorum ſcelera puniturum eſſe. Quapropter ſi qui adhuc de futuro poſt hanc mortalitatem Dei iudicio dubitant, eos ita planè deſipere manifeſtum eſt: vt Deo omnem iuſticiam & veritatem detrahant. Quod quid aliud eſt, quàm negare quod aliâs inter omnes omnium gentium conſtat, omniumq́ mentibus innatum & inſculptum eſt eſſe Deum: quæ inſania quas miſerias & calamitates æternum ſit allatura niſi reſipiſcant, communi opinione citius, in triſtiſſimis gehennæ cruciatibus experientur.

Reſtat nunc, vt, quoniam de venturo aliquando generali Dei iudicio, neminem, qui ſanæ mentis ſit am-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

bigere poſſe demonſtrauimus, quis & qualis eiuſdem iudicij dies erit conſideremus. Etſi autem de hoc paulò obſcuriùs in veteri quàm nouo teſtamento concionentur ſancti Dei homines, perſpicuè tamen declarant eo die in ſumma gloria & maieſtate apparitúrum eſſe Dominum vt iudicet orbem vniuerſum, reſuſcitatis omnium mortuorum corporibus, & facta innouatione huius creaturæ. Vt tum hoſtes ſuos diabolos & homines finali ſupplicio afficiat conclusos æterno mortis carcere: pios vero beata donet immortalitate. Ideo enim vocat Ioel diem Domini Magnū et tremendum, quòd eo ſit Dominus tanta maieſtate appariturus vt ad eius conſpectum contremiſcat tota rerum natura: & quòd omnes controuerſiæ piorum cum impijs, quæ particularibus iudicijs in hoc mūdo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

do non fuerint iudicatæ, hoc magno & generali iudicio ſint dirimendæ, cum ad tribunal Dei ſiſtantur omnes qui ab initio conditionis rerum nati ſunt homines: iuxta dicta: Ecce Ego aperiam tumulos veſtros & educam vos de ſepulchris veſtris Eze: 17. Et Iſaie 46. Viuent mortui tui interfecti mei reſurgent. Item alibi: Reuelabit terra ſanguinem ſuum & non operiet vltra interfectos ſuos. Quin & apertiſſimè teſtatur Iob: 19. eadem corpora quæ hic geſtamus ſed clarificata recepturos eſſe nos. Ita enim ait: Scio quòd redemptor meus viuit, & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum & rurſus circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum, quem viſurus ſum Ego ipſe, & oculi mei conſpecturi ſunt & non alius. Tū inquit Iſaias, omnino deuorabitur

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

mors & abſterget Dominus Deus omnem lachrimam ab omni facie & opprobrium populi ſui auferet de vniuerſa terra. Et cap: 65. Ecce Ego creo cœlum nouum & terram nouam, & non erunt in memoria priora & non aſcendent ſuper cor, ſed gaudebitis & exultabitis in ſempiternum cum his quæ creo. De impijs autem alibi dicit: Congregabuntur congregatione vnius faſcis in lacum & claudentur ibi in carcere. Et rurſus: Videbunt cadauera virorum qui præuaricati ſunt in me: vermis eorum non morietur & ignis eorũ non extinguetur.

His & ſimilibus dictis ſi adhibebimus deſcriptionem iudicij, quam ipſe filius Dei futurus iudex Matth: 25. oculis contemplandam, animisq́; chriſtianis ſæpe meditandam ſubijcit:

cum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

cum ſplendida illa propugnatione huius articuli, quam 1 Cor: 15. Toti poſteritati reliquit Apoſtolus: patebit quòd extremi iudicij dies ſit, tempus quod arcano Dei conſilio conſtitutum eſt, vt eo filius Dei in aſſumpta humani generis maſſa reſurrectione clarificata, appareat inenarrabili maieſtate & gloria in nubibus cum innumerabili exercitu cœleſti: facturus finem vitæ mortalis ac innouationem huius vniuerſæ creaturæ: & ad tribunal ſuum in nubibus conuocatos innouatis corporibus omnes viuos & mortuos pios & impios, ſecundum ſua quemq; opera iudicaturus.

Ex hac deſcriptione vt nobis res fiat illuſtrior, commodum fuerit obſeruare, Primò futuram huius vniuerſitatis rerum omnium mutationem:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

Deinde perſonam iudicis: Tum iudicandos: poſtremò formam, ſententiam & executionem iudicij.

Ac primum quidem conſtat parentes noſtros primæuo lapſu, non modo totam poſteritatem contagioſa labe corrupiſſe, contaminaſſe, & æternæ morti & maledictioni ſubieciſſe: verum etiam hanc venuſtiſsimè extructam domum quam inhabitarunt, mundi Machinam (ſicuti ſolent parietes & conclauia leproſorum, fætorem quendam venenatum concipere) fœtidiſsimis ſui morbi contagijs ita polluiſſe, vt Deo quodammodo ſit reddita inuiſa & maledictioni diuinæ ſubiecta iuxta dictum gene: 3. Maledicta terra propter te. Sed & hæc mundi ſordities quotidianis inhabitãtium diabolorũ et impiorum hominum

ſceleri-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

ſceleribus incrementũ accipit,cum res à Deo in ſuam gloriam & Eccleſiæ vſum potiſſimum conditas,fœdis abuſibus contaminent. Vt igitur originali ſuæ integritati hæc rerum vniuerſitas reſtituatur, igne excoquenda & reſoluenda eſt in aduentu Domini. Vt ait Iſaias 66. Ecce Dominus in igne veniet & quaſi turbo quadrigæ eius: vt reddat in indignatione furorem ſuum, & increpationem ſuam in flamma ignis. Quia in igne Dominus iudicabit. Et 2. Pet: 3. Aduениet dies Domini vt fur, in quo cœli magno impetu tranſient: elementa vero calore ſoluentur: terra autem & quæ in ipſa ſunt opera exurentur. Et enim cùm in ſacris literis non parum commendet Dominus eiuſmodi Magiſtratus Zelum & diligentiam, qui ne vlla eſſet commiſſi ſceleris memo-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

ria, etiam loca Impiorum ſcelere, con-
taminata euerterit: reprehendat au-
tem eorum negligentiam, qui etſi pio
quidem ſtudio impios cultus è medio
ſuſtulerint, aras tamen, lucos & ex-
celſa impijs fœdata vſibus ad extrema
vſq; rudera non fuerant demoliti: non
obſcurè ſignificatur, poſtulare iuſtici-
am immenſæ iræ diuinæ vt omnis om-
nino peccati memoria ſuo tempore de-
leatur. Eius iræ cum publicum te-
ſtimonium eſſe velit hoc vniuerſale iu-
dicium in fine mundi, non modò Dia-
bolos ἀσπόνδους ἐχθροὺς, & homines cum
contemptu ſui in peccatis perſeueran-
tes ſine pœnitentia, præcipitabit in æ-
ternos cruciatus: Sed & totum hoc
mundi Theatrum cuius princeps per
peccatum Diabolus eſt factus, omni-
no demoliturus & renouaturus eſt, vt
palàm tota creatura rationalis videat
& cog-

& cognoſcat tantam eſſe iram & odium Dei aduerſus peccatum, vt & hanc ſapientiſsimè à ſe extructam vniuerſitatis domum, quæ locum peccato conceſſit, velit prorſus euertere ne vllum vſpiam extet peccati veſtigium, atq; ita denuò temporis breui momento innouare, vt ſuæ tantum gloriæ et Electorum gaudijs deinceps ſeruiat. Illud tempus, quoniam præſentis rerum ſtatus immutationem habeat: nec vlla amplius Diabolo graſſandi licentia in aëre, aqua, terra: nec ſuus hominibus, huius mundi vſus erit reſolutis purgatisq; igne elementis & exuſtis omnibus quæ ſagacitate humana inuenta extructaq; ſunt opera & ædificia: diei nouiſsimi & finis mundi nomine ſolet vſurpari. Sed cum eodem ſimul tempore, omnes homines viui & mortui pij & impij ad

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

iudicium Dei voce angelica citati, comparituri ſunt: dictæq; ſententiæ vtrinq; in æternum ſine appellatione acquieſcendum erit: Extremum & vniuerſale iudicium appellatur.

Huic præſidebit iudex, Redēptor noſter Ieſus ille crucifixus qui dicitur Chriſtus, filius Dei vnigenitus, viſibiliter apparitueus in nubibus, eā indutus formam, quam ſibi indiuidua ſocietate perſonali coniunxit, aſſumptam in vtero Mariæ virginis: Teſte angelo Domini Acto:1. Sic veniet quemadmodum vidiſtis eum euntem in cœlum. Et Matth: 24. Videbunt filium hominis venientem in nubibus cum virtute multa & maieſtate. Filium, inquit, hominis vt oſtendat ſe in vera humanitate quam ſibi vnione hypoſtatica aduniuit apparitурum. Nā

& ideo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

& ideo præcipuè filio tribuitur iudicandi poteſtas (etſi patris quoq; & ſpiritus ſancti id munus ſit) quòd is ſolus, vt perſona inenarrabili Trinitatis conſilio ſemper ad Eccleſiam miſſa, die illo in aſſumpta ſerui forma, oculis piorum & impiorum manifeſtus & conſpicuus erit in iudicio. Tum etiam quòd pater æternus, filium qui immenſa Charitate in noſtram carnem ſe humiliatum infra angelos demiſit, glorificare velit & extollere ſupra omnes creaturas. Vt quemadmodum multis miraculis humanam maieſtatem excedentibus, in mundo verſatus deitatis exiſtimationem meruerit: Ita hac ſolenni die, coram omnibus angelis & hominibus bonis & malis, vniuerſalis reſuſcitationis mortuorum miraculo, & maieſtate iudicij ſuper omnem carnem (quæ omnibus

creaturis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

creaturis longè eſt excellentior) ſe patri parem gloria maieſtate & potentia declaret. Iohan. 5. Pater omne iudicium dedit filio vt omnes honorificent filium ſicut honorificant patrem.

Huc etiam accedit, quòd cum filius æternus admirando Decreto, ideo in mundum miſſus humanam naturam aſſumpſerit, vt omnibus qui in genere humano eum receperint, reſtituat amiſſam beatæ immortalitatis hereditatem & viam in cœlum patefaciat errantibus: nec vero alia ratione vlla, quàm ſi oblatum in carne filium ſuum amplexi fuerint, velit Deus vlli mortalium ſuam ſapientiam, leticiam iuſticiam & ſalutem æternam cōmunicare: congruit vt filius Dei homo factus, & propter hominem cum hominibus conuerſatus, coram patre

cœleſti

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

cœleſti & omnibus angelis ſuo iudicio
declaret, à quibus ſit vel non ſit recep-
tus. Quoniam vero ipſi poteſtas, ho-
nor & regnum à patre data ſint: Et
is dies vltionis erit & iuſti iudicij,
quo acceptam à Diabolis & impijs ho-
minibus omnem contumeliam & iniu-
riam ſuo electorumq́ ſuorum nomine
egregiè ſit vindicaturus, vt planè de-
uictis deturbatiſq́ in gehennam omni-
bus inimicis, Eccleſiam ſuam in pro-
miſſam regni cœleſtis hereditatem in-
troducat: appariturus certè erit vt Re-
gem regum & Dominum dominan-
tum triumphantem ſuper hoſtes decet,
inenarrabili maieſtate & gloria, Iu-
dex tremendus vniuerſæ creaturæ, co-
mitatus mille miniſtrantium ſibi an-
gelorum millibus. Sicuti teſtatur ip-
ſe Dominus Matt: 24. Ac licet cor-
pus quidem humanũ pro nobis aſſump-
tum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

tum ita habeat clarificatum, ut Solis lumine longè ſit illuſtrius: piè tamen credimus, eum in iudicio cùm ex corporis humani forma, tùm etiam ex maieſtate iudicij agnitum iri ab uniuerſis hominibus bonis et malis, ex omnibus undiq; mundi angulis ad iudicium conuocandis. Apoca: 1. Videbit eum omnis oculus, etiàm illi qui eum compunxerunt. Eorum nunc conditiones, cum utriq; ſint qui à Domino euocantur iudicandi: porrò nobis conſiderandæ ueniunt.

Teſtantur multa dicta Chriſti & Apoſtolorum, (ut ſupra oſtendimus) ſingulos homines, qui ab initio creaturæ unquam fuerunt mortuos in uitam reuocatum iri in glorioſo aduentu Domini: uiuentes autem uniuerſos ad momentum oculi tranſmutandos

tandos

tandos eſſe, vt ſimul omnes viui & mortui clarificatis corporibus iudicio filij Dei ſiſtantur Iohan: 5. Omnes qui in monumentis ſunt audient vocem eius, & procedent qui bona fecerunt in reſurrectionem vitæ, qui vero mala egerunt in reſurrectionem iudicij Matt: 25. Et congregabuntur ante eum omnes gentes. Et Roma: 14. Omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti. Item vnusquisq; noſtrum pro ſe rationem reddet Deo. 1. Cor. 15. Omnes quidem non dormiemus, ſed omnes immutabimur in momento, in ictu oculi. 2 Cor: 5. Omnes nos manifeſtari oportet coram tribunali Chriſti, vt reportet vnuſquiſq; ea quæ geſſit in corpore. Nihil enim quicquàm impedit quo minus animabus noſtris eadem corpora reſtituantur, quòd multorum membra partim in pulueres re-

ſoluta

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

ſoluta ſint : partim vero in auras & elementa vel quoſcunq; halitus tranſierint : ſiquidem eadem potentia, qua ſunt ex nihilo condita, facilius futura rurſus ſunt, quod pridem erant, quàm facta olim ſunt, quod non fuerant. Id vero quo fiat modo inquirere, humanæ curioſitatis ſtulticia eſt, cum ne quidem, vt inquit Apoſtolus, nobis alioquin familiariſsima intelligamus quo pacto grana quæ ſeminamus, in terra morientia & omnino putreſcentia, exurgant in culmos admirabili quadam venuſtate decoros.

Itaq; ſufficit hoc tantum cognoſcere, quòd quæ ſimili ratione in terrã diſſeminantur mortalia piorum & impiorum corpora, ad imperium eius qui ea ex nihilo condidit, prouenient incorruptibilia in die Domini, donata

nouis

nouis proprietatibus, vt eadem quæ fuit in hac vita corporis materia corruptioni ſubiecta, deinceps futura ſit immortalis, ſine omni vſu functionum potentiæ nutritiuæ. quo fiet, vt vtriq́; nouo prorſus modo viuant, licet multa varietate diſsimiles. Sicut enim in iudicijs litigantes eſſe ſolent diuerſarum partium, ita hîc quoq́; iudicandorum alij bonam, alij malam cauſam habent: vnde boni & mali iuſti & iniuſti: pij & impij denominantur. Ex hac varietate cauſæ & id efficitur, vt in futurum Iudicem & iudicium diuerſimodè afficiantur. Illi enim etſi in longè maioribus Domini rationibus ſint, quàm ſuæ ſuppetant facultates, ac inſuper ſolutioni aut pœnis æternis per Chirographum obligentur: gratiam tamen & miſericordiam, remiſſionem debiti & deletionem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

Chirographi per filium Dei, quem vera viuaq́; fiducia piè ſemper ſollicitauerunt ad interceſſionem, apud Deum impetrauere. cumq́; ſibi Deum propitium eſſe intelligant, & iudicem filium Dei clementiſsimum ſibi patronum venerentur & ament: alacres ad iudicium prodeunt & deſideratiſsimo ſuarum afflictionum & iniuriarum vindici Chriſto Domino, incredibili gaudio occurrunt. At verò impij vbi conſpexerint quem compunxerunt filium Dei, quem in hunc mundum miſſum vniuerſi generis noſtri Redemptorem, contemptum, neglectum & ſpretum contumelijs affecerunt: apparere inenarrabili maieſtate in nubibus: apertisq́; ſuarum conſcientiarum libris, occurrerit memoria infinitorum ſcelerum, quorum ſibi reddenda ratio eſt in conſpectu Dei & totius creaturæ:

ræ:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

ræ: abhorrebunt à conſpectu eius quem ſciunt ſeueriſſimum ſine omni miſericordia ſibi fore iudicem, cum horrore & fremitu maximo acceſſuri ad iudicium quod intelligunt à ſe æternas ſcelerum pœnas expetere.

Sed & dubium mihi non eſt, pios ab impijs, ſicuti cauſa & animis, ita qualitate quoq; reſuſcitatorum corporum maximè variaturos eſſe. Nam etſi impij immortalia quidem & incorruptibilia eadem ſua corpora induant, vt deinceps ſpirituali vita viuant: futura tamen ea ſunt paſſionibus obnoxia, vt non ſola anima ſed & corpora, prout diuina requirit iuſticia, æternis cruciatibus affligantur. Carebunt autem luce, ſplendore & gloria, cum ſint vaſa iræ quæ Spiritu Dei & propterea omni luce deſtituuntur. Cum eti-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

am expreſſè Paulus affirmet, vt ſtellæ ſtellis ſplendore luminis, ita ipſorum etiam electorum inter ſe corpora alia alijs in reſurrectione anteceſſura eſſe: quis non intelligit, quid inter pios & impios differet corporibus? Enimuero cum hi filij tenebrarum ſint, corpore ſimul et anima Deo daturi æternas ſcelerum pœnas: certè infœlicitatis ſuæ ſigna, vt in anima, ita corpore quoq́ geſtaturos eſſe, vero ſimillimum eſt: nec aliter ab illis quàm tenebras à luce diſcretum iri. Quemadmodum igitur Impiorum anima rationalis, ſenſus & appetitus omnes carebunt gloria Dei, & æternis agitabuntur doloribus: ita corpora ſuo modo perpetuis cruciatibus obiecta, huic triſtiſsimo ſtatui congruentes conditiones habebunt. Iuſti autem, inquit Dominus, fulgebunt ſicut Sol in regno

gno

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

gno patris eorum. Et Danielis 12. dicitur: Induſtrij fulgebunt quaſi ſplendor cœli, & qui multos iuſticiam docuerint, ſicut ſtellæ ſemper lucentes. Nam cum inexhauſta Dei bonitate, hæc noſtra natura renouata, inhabitata fuerit à Spiritu ſancto, futurum erit vt non modò actiones omnes animæ rationalis admiranda luce ſint illuſtres: ſed & maſſa corporum noſtrorum incredibili claritate lucebit, accenſa Spiritu Chriſti, & ſimilis facta glorioſo corpori eius.

Sed hæc de iudicandis: videamus nunc proceſſum iudicij. Etſi autem non imaginandæ nobis hic ſint viciſsitudines accuſationum, defenſionum, replicationum, duplicationum, vel ſimiles humanorum iudiciorum turbæ: cum tamen ordinis author De-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

us ſit, conſentaneum etiam eſt, in hoc diuino conſiſtorio nihil inordinatè cōmiſſum iri. Purgato enim per ignem mundo, vti diximus, in nubibus ineffabili maieſtate conſpicuus verus Deus & homo Ieſus Chriſtus, comitatus innumerabili militiæ cœleſtis exercitu, hunc ſui iudicij ſeruabit ordinem: vt cum conſederit in ſolio gloriæ ſuæ: Primum omnium, conuocabit magnæ illius vocis & turbæ ſonitu, omnes viuos & mortuos miniſterio ſibi ſeruientium angelorum. Deinde, quoniam hactenus non ſine magno piorum onere, vtraq; pars permiſta fuit, ſceleratos à Sanctis ſeparabit, vtq; eo illuſtriore diſcrimine internoſcantur ab omnibus, hos à dextris, illos à ſiniſtris ſibi conſtituit. Tum demum ſuo, adhuc nobis incognito modo, ante pronunciationem ſententiæ iudicij, cogno-

ſcendæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

ſcendæ cuiuſq; rationes erunt, inſpectis conſcientiarum libellis. quos quoniam expeditis rationibus, ſanguine filij Dei notatos & obductos ſancti habeant, abſoluuntur: impœnitentes vero neceſſe habent de toto vitæ ſuæ genere, factis, dictis, cogitatis, adeoq; de omni ocioſo ſuo verbo rationem reddere. Matt: 25. Cum venerit filius hominis in maieſtate ſua & omnes angeli cum eo, tunc ſedebit ſuper ſedem Maieſtatis ſuæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes & ſeparabit eos ab inuicem, ſicut paſtor ſegregat oues ab hœdis. Et ſtatuet oues à Dextris ſuis hœdos autem à ſiniſtris. Item mittet angelos ſuos cum tuba & voce magna, Et 1. Teſſal: 4. Ipſe Dominus in iuſſu & voce Archangeli, & in tuba Dei deſcendet de cœlo. Apoca: 20. Vidi Thro-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

num magnum candidum & ſedentem ſuper eum à cuius conſpectu fugit terra & cœlum, & locus non eſt inuentus ab eis. Et vidi mortuos magnos & puſillos ſtantes in conſpectu throni & libri aperti ſunt: & alius liber apertus eſt qui eſt vitæ: & iudicati ſunt mortui ex his quæ ſcripta erant in libris ſecundum opera ipſorum.

Hæc iudicij Spiritualis forma, quæ quidem verbis humano captui ſub iectis deſcribitur, in ſummam bonitatis & iuſticiæ Diuinæ admirationem nos deducit. Impiam enim illam & ſceleratam hominum colluuiem, qui nomen ſuum affecerunt ignominia, & miſſum ſibi Redemptorem filium, contaminati multis ſceleribus, ſpreuerunt: Deus inaudita cauſa meritiſſimò deijceret in ſtagnum æterni ignis. Quia tamen

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

tamẽ non minor ipſi ſuæ iuſticiæ quàm miſericordiæ declarandæ cura eſt, admittit eos ad colloquium & ad dicendam cauſam ſolenniter vocat, vt & ipſi hoc manifeſto Die, vt eum petrus vocat, in conſpectu vniuerſæ creaturæ, ſuarum conſcientiarum teſtimonio manifeſtè conuicti, fateantur ſe ſola ſua culpa damnari à Deo, & publicè innoteſcat omnibus angelis & hominibus, quàm procul abſit Dominus ab omni cauſa condemnationis impiorũ. Id enim eſt quod dicitur, libros, conſcientiarum puta, eſſe apertos, & iudicatos eſſe mortuos ex his quæ ſcripta erant in libris ſecundum opera eorũ, quòd tum apertè intellecturi ſint, non ſe fatali aliqua neceſſitate, ſed ſola malitia, qua miſſum ſaluatorem non receperunt, ad interitum detrudi. quæ etiam vnica condemnationis cau-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

ſa impijs à iudice obijcitur, vbi inquit, Diſcedite maledicti in ignem æternū, quia non recepiſtis me.

Quod vero addat Apocalipſis, eos in ſtagnum ignis miſſos eſſe, qui ſcripti non fuerant in libro vitæ, nulla poteſt ratione intelligi, quaſi fatales libellos Deus ab æterno condiderit, in quibus alios vitæ, quantumcunq; peccent, alios verò morti æternæ deſtinet, quo ſe cunq; vertant: cum id iuſticiæ & miſericordiæ diuinæ ex diametro aduerſetur, vt poſtea copioſius: ſed hi in gebennam ignis miſſi ſignificantur, qui in catalogo filiorum Dei non ſunt reperti. In eo autem ſola eorum reperiuntur nomina, qui Chriſtum vera fide amplectuntur, iuxta dictum: quotquot receperunt eum dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. De-

lentur

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

lentur ergò qui ſpreto neglecto ve hoc vitæ & ſalutis medio, ante conſtitutionem mundi à Deo poſito Ieſu Chriſto, in peccatis perſeuerant, vt Iohan: 3. Qui non credit iam iudicatus eſt, quia non credidit in nomen vnigeniti filij Dei. Apo: 21. non intrabit in cœleſtem Ieruſalem, niſi qui ſcripti ſunt in libro vitæ agni. Et Deut: 32. Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo.

Ex quibus efficitur, in gehennam ſolos mitti illos qui in Chriſtum non credunt, nec aliud eſſe quod inquit Apocalip: eos in ſtagnum ignis miſſos, qui ſcripti non fuerant in libro vitæ, quàm ſi diceret eos qui Chriſtum non receperunt, ſicuti effectum pro Cauſa nominari vſitatum eſt.

Cum itaq; Impij ſuæ ſibi condemnationis cauſa, diuinã miſericordiam

ſua

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

ſua ſponte reiecerint : poſtulat iuſticia Dei vt ſine miſericordia ad exactiſſimas rationes redigantur, nec vlla inueniant κρεσφύγετα quin etiam omnium ocioſorum ſuorum verborum rationem ſint reddituri, hoc eſt, Deo pœnas ſoluturi, etiam pro minimis delictis, poſtquàm ſeparati fuerint ab omni conſuetudine Dei, Angelorum & piorum hominum. Hæc impijs ventura calamitas ſignificatur cum à iuſtis ſeparantur in iudicio, & à ſiniſtris conſtituuntur: ſicuti pijs ſua fœlicitas quòd prauorum liberati conſortio ad Dextram clementiæ Diuinæ collocentur. Audiamus enim Definitiuam Iudicij ſententiam.

Tunc dicet Rex his qui à Dextris eius erunt : Venite Benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis

regnum

regnum à conſtitutione mundi. Eſuriui enim & dediſtis mihi manducare: ſitiui & dediſtis mihi bibere: hoſpes eram, & collegiſtis me: nudus, & operuiſtis me: infirmus, & viſitaſtis me: in carcere eram, & veniſtis ad me. Tunc reſpondebunt ei iuſti, dicentes: Domine, quando te vidimus eſurientem, & pauimus? ſitientem & dedimus tibi potum? &c. Et reſpondens Rex Dicet illis: Amen dico vobis, quod feciſtis vni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Tunc dicet & his qui à ſiniſtris erunt: Diſcedite à me Maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo & angelis eius. Eſuriui enim & non dediſtis &c. Hæc eſt ſententia iudicij deſumpta ex Euangelio filij Dei, in quo dicitur hæc eſſe voluntas patris vt qui videt filium & credit in eum

habeat

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

habeat vitam æternam. Item. Sic Deus dilexit mundum vt filium ſuum vnigenitum daret: vt omnis qui credit in eum non pereat ſed habeat vitam æternam. Qui verò non credit iam condemnatus eſt, quia non credidit in nomen vnigeniti filij Dei. Cum enim admiranda bonitate Deus ante fundationem mundi, humano generi vitam beatamq́ immortalitatem decreuerit, lapſumq́ illuſionibus Sathanæ, mediante filio ſatisfactionem offerente, vniuerſum receperit in gratiam, ea lege ſi mediatorem filium vera fide amplecteretur: eiq́ totum ſuæ redemptionis meritum ferret acceptum: iuſtiſsimo iure reijciuntur in condemnationem diabolo paratam, quicunq́ in genere humano tantam gratiam non recipiunt.

Abſurdum autem eſt quod hinc

ratioci-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

ratiocinantur papiſtæ, operibus mereri nos vitam æternam, quia dicitur Dominus iudicare ex operibus, & tribuere cuiq; ſecundum opera ſua: cum apertè teſtetur Iudex, regnum cœlorum pijs inde vſq; à conditione creaturarum paratum eſſe, antequam in hanc lucem emitterentur, vel operari bonum poſſent. Neq; enim diſputatur hoc loco de modo vel cauſa iuſtificationis: ſed tantùm, vt in publicis iudicijs non rarò fieri ſolet, ex conſequentibus oſtendit Dominus Antecedens, ex operibus fidem, quæ cum ocultus cordis motus ſit, qui ab hominibus (niſi à conſequentibus) agnoſci dijudicarivè non poſſit: neceſſe eſt hoc publico congreſſu & controuerſia piorum & Impiorum, ex operibus, vt teſtimonijs in oculos vtrorumq; incurrentibus, de illa iudicium fieri. Monſtratis igitur

operibus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

operibus declarat Dominus qui ſe receperint, tribuitq́ honeſtè factis, pietatis mercedem, propter promiſſionem in Mediatore factam. Alioquin enim ſtatuere nos ex opere operato, vt loquuntur, iuſticiam & vitam æternam mereri, quòd Chriſtum recipiamus: perinde eſt, quomodo diceres mendicum eleemoſinas gratuitò oblatas ideo mereri, quòd eas libens protenſa manu acciperet. Vt autem ad veræ pietatis officia & beneficentiæ ſtudium nos vehementer extimularet Dominus: ſibi accepta fert, quæcunq́ in minimos ſuos fratres (eo enim nomine dignatur omnes qui ſe receperunt) à nobis profecta fuerint charitatis opera, eaq́ ampliſsimis præmijs in hac & æterna vita abundè remuneraturum pollicetur. Intelligi tamen neceſſe eſt, vitam æternam principaliter

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

ter propter Mediatorem filium gratis dari credentibus, iuxta decretum æterni patris, quo voluit non aliter niſi in filio & per filium, lapſum genus noſtrum in vitam beatam reſtitui. Quo modo & hîc filius Dei iudex viuorum & mortuorum, omnes qui ſe receperunt pronunciat ex decreto Dei heredes regni cœleſtis, hac dulciſsima voce, VENITE BENEDICTI PATRIS MEI. At qui tenebras magis quàm lucem dilexerunt, nec eum qui in mundum venit, vt ſeruaret quod perierat, ſunt amplexi: æternæ morti & maledictioni adiudicantur, audientes horrendam vocem: DISCEDITE MALEDICTI IN IGNEM ÆTERNVM.

Hac ſententia ſuper vtroſq; vocali, ſine dubio, voce filij Dei prola-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

ta: productiſq́; in medium teſtimonijs, vtriuſq́; partis ſcilicet operibus. Sequitur executio iudicij ſine omni impedimento. Vt enim iuſti ex miſericordia Dei propter filium, quem fide fuerant amplexi, recipientur in æternam beatam immortalitatem: ita iniuſti ex ſeueritate iuſti iudicij diuini, quæ tum ſine miſericordia exercebitur, in æternos inferni cruciatus abijcientur. Nec vlla proderit neglectæ & ſpretæ in hac vita, miſericordiæ imploratio, cum ea penitus occluſa ſit ſuis contemptoribus, nec vlla vſpiam patebunt effugia, contra hoc immutabile Dei Decretum, quo concluſit ſub maledictionem æterni ignis, quicunq́; filium ſuum in hac vita recipere noluerunt: quin iudicantis Domini Imperium & ſententiam exequentur mille milia beatorum angelorum, qui cooperante

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

virtute omnipotentiæ diuinæ, præcipitabunt Diabolum cum omnibus angelis ſuis & hominibus impijs, in ſtagnum ignis & ſulphuris, vbi cruciabuntur die ac nocte in ſæcula ſæculorum.

Proximum eſt, vt cur quibusq́ terrori vel conſolationi dies illa ſit, porrò dicamus. Primum autem cum vltionis & iræ diem hunc eſſe ſcriptura doceat, quo Deus in vniuerſos hoſtes & inimicos ſuos conſtrictos æterno mortis carcere, omnem iram ſuam ſeſe vindicaturus effundet: manifeſtum eſt, Diabolis aduentum huius diei terrorem & ingentem formidinem incutere. qui licet horribilibus quidem pœnis nunc afficiantur, dum extremo Dei odio ardentes ſentiant horrendam & inenarrabilem iram ſuper ſe manentem: præfinitio tamen

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

tempore à Deo, longè maiores cruciatus ſuſtinebunt, concluſi in Camino æterni ignis, ex quo non licebit vltra (vt ante) graſſatum euagari. Id cum exactè intelligant (quemadmodum Matt: & Lucæ 8 apparet, vbi Dominum rogant ne ſe torqueat ante tempus) tantò maioribus agitantur horroribus & furijs, quantò ſentiunt hunc diem propius accedere.

Sed quemadmodum principi tenebrarum: ita omnibus etiam, qui eius ſuaſu impulſu ve in tenebris verſantur, hoc eſt, Impijs hominibus dies formidabilis & tremendus eſt. Si enim luci tenebræ ſint inimicæ, in tenebris autem ſint, vt reuera ſunt, qui lucem veram Ieſum Chriſtum non habent: dubium nemini eſſe poteſt, inimicos Deo eſſe illos, quicunq; à filio Dei

*Dei vera luce, quæ fide ſola compre-
henditur, non illuminantur: ſed in o-
peribus tenebrarum, hoc eſt, in pecca-
tis ſine pœnitentia viuunt. Inimici er-
gò cum ſint, formidandum ipſis eò ma-
gis eſt, quò ſibi potentiorem inimicum
Deum & maiora eſſe pericula intelli-
gant. Ac potentia quidem Dei om-
nibus angelis et hominibus notior eſt,
quàm quæ noſtram orationem deſide-
ret. Pericula autem, cum carnalem
cæcitatem fugiant: & verſutia Sa-
thanæ ab earum cogitatione humanas
mentes abducat, vt ſecum pereant: vi-
dentur ſermone paulò longiore decla-
randa eſſe. In illis verò non exiguum
eſt, quod incertitudo aduentus diei ad-
ducit, ſingulis momentis metuendum
eſſe ne inopinatò obruãtur in peccatis,
& à miſericordia Dei, quæ nunc qui-
dem in hac vita omnibus pœnitenti-*

 bus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

bus obuia eſt, ſecludantur die & hora qua neſciunt. Sicuti futurum comminatur ſcriptura, vt repentino inexpectatoq́ue nouiſſimi diei aduentu circumueniantur impij. Ac licet moram quidem aliquantulam & tardationem diei fortaſſe ſperare audeant, ſecuritatem tamen à iudicio excæcationis, quo inueteratos peccatores plerunq́ue punire ſolet Dominus, ſibi polliceri minimè poſſunt, quod quibus contigerit ipſum certiſſimi interitus prænuntium eſt. Quo fit vt nullo die, nullo deniq́ue ac ne quidem minimo temporis momento tuti eſſe poſſunt, quin ſui interitus metu turbari neceſſe habeant. Longè autem maxima ſunt, ipſi etiam Diabolo horrendiſſima, quæ ſecum dies ipſa inducit pericula, finem omnis beatitudinis, iram Dei, & mortis æternæ cruciatus. Quod ſi enim ſordida hu-

ius

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

ius vitæ voluptas, rerum humanarum affluentia, celebritas nominis, honor, gloria, amici, bona valetudo, & quæcunq; ſunt eiuſmodi quæ ſummæ beatitudinis loco mundus habet, inclementi aliquo caſu ablata, impiorum animos ita afficiunt, frangunt & excruciant, vt acerbiſsimos potius mortis dolores malint deguſtare quàm momentaneæ huius fœlicitatis iacturam facere: quid futurum exiſtimabis cum non modo his omnibus ſibi præcioſiſsimis, (nec tamen dignis vt cum veræ beatitudinis vmbra conferantur) ſed & omni corporali & ſpirituali luce, beatorum colloquijs, ſapientia, iuſticia, leticia, remiſsione peccatorum, cognitione Dei, adeoq; gratiſsimo Dei conſpectu æternum priuati, mancipentur æternis tenebris: Næ illa ſola infœlicitas impiorum animos ita excarnificabit,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

vt malint non nati eſſe homines. Taceo interim quàm graue ſit onus & inenarrabile ſupplicium ira Dei, vt & eius horror innocentiſſimo filio Dei, ſanguineas guttas expreſſerit, cum ſeſe pro humano genere ſatisfactionē offerret. Et quanquàm multæ triſtiſſimæ calamitates in genere noſtro de magnitudine iræ Diuinæ ſeuerè nos admoneant, & haud obſcurè teſtentur multò eſſe maiorem aduerſus peccata, quàm vt vlla creatura ſatis intelligere, nedum verbis exprimere poſſit: illuſtrius tamen inenarrabilis iræ Dei teſtimonium eſt filius Dei, luctans ſub hoc grauiſſimo pondere, quo & ita premitur, vt hanc triſtiſſimam vocem ædat. Deus meus Deus meus vt quid me dereliquiſti. Eò ſi conſpectus iræ Dei redegit filium Deo chariſſimum aliena delicta perſoluentē: Deus bone, quàm

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

quàm ingentes adeoq́ intolerabiles cruciatus & dolores ſentient in die iræ, qui in peccatis nati, cum contemptu Dei in ijſdem viuunt ſine pœnitentia.

His alioqui horrendiſsimis malis accedunt intenſiſsimæ pœnæ infernales corpore & anima perſoluendæ. quæ vt extrema eſſe calamitas ſignificarentur, Mortis æternæ nomine ſunt appellatæ. Siquidem & omni momento moriendum eſt impijs. Etſi autem de loco cruciatuū infernalium, in qua videlicet rerum parte ſit, diſputandum prolixius non erit, quòd ſcripturæ teſtimonijs non adeò certificemur, & cum Auguſtino iudicem melius eſſe, dubitare de occultis quàm litigare de incertis: dubium tamen eſſe non poteſt, certum aliquem, vbicunq́

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

is ſit, à Deo paratum eſſe locum, in
quo cum Diabolis impij homines æter-
næ maledictionis igne torrebuntur.
fruſtra enim eſt, (vt alia prætercam)
quod Lucæ 8 dicũtur Diaboli rogare
Chriſtum, ne ſe ante tempus, id eſt,
ante diem generali Dei iudicio depu-
tatum, mittat in abyſſum cruciatuum,
niſi certus aliquis Damnatorum pœ-
nis deſtinatus locus ſit, quem apertè
narrantur Spiritus exhorruiſſe. Eum
Latini, quòd infra nos & ſubterrane-
um eſſe exiſtimauerint, Infernum vo-
cauere: At Chriſtus in Euangelio Te
nebras exteriores: non modò quòd
eos, qui extra omnem lucem Dei Spi-
ritualem, in profundiſſimis mentium
tenebris verſentur, impios contineat:
verumetiam quòd is locus denſiſſimã
quandam caliginem corporalem et per
petuam: veluti noctem obſcuriſſimam
habeat,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

habeat, qua etiam turbabuntur & affligentur Impij. Quomodo naturam noſtram tenebricoſa loca exhorreſcere ſentimus: & profundiores noctium tenebras, mentis quandam conſternationem inducere. Vocat & GEHENNAM: à valle vicina muris Ieruſolymitanis ſub radicem mōtis Moriah, in qua propter amenitatem, cum irrigua eſſet & nemoroſa, populus Iſraël à veri Dei cultu deficiens ad Baal, lucum Idolo eius conſecrârat, & horrendis ſacrificijs filios ſuos & filias per ignem initiauit Dæmonio Moloch: hanc nefandam Idolatriam abominatus Dominus comminatur ſe deleturum locum iſtum, vt eſſet aliquando futurus mera morticiniorum colluuies. Quod & per Ioſiam pijßimum Regem Iuda adimpletum legimus 4 Reg: 25. qui cum vehe-

mente

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

mente animi impetu & Zelo plane diuino ferretur ad excindenda omnia excelſa & aras Idolorum, etiam hunc locum ita contaminauit vt deinceps fuerit locus cadaueribus abominabilis.

Huius tam fœtidi & abominandi loci nomine, denotat Dominus voraginem ſuppliciorum infernalium in qua ſicuti ſupra meminimus, Impij æternum concluſi inenarrabilibus ſupplicijs & doloribus conficientur. Primò enim corpora vehementiſsimo calore & æſtu ita torquenda & affligenda ſunt vt nullus poſſit dici cogitariue horribilior cruciatus. Quem tamen quodammodo intelligimus, ſi diuitem Epulonem in Euangelio nobis à filio Dei propoſitum intuemur. is ſæuiſsimo ignis infernalis ardore ita ſe euacuari exiccari & affligi ait, vt illu-

ſtriſsimam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

ſtriſsimam ſibi conferri putet grati-
am, ſi vnica aquæ guttula in refrige-
rium ſuæ linguæ adminiſtretur. Quin
& vmbram quandam, ac ne quidem
vmbram huius vehementiſsimæ tortu-
ræ ſentiunt qui morbis calidiſsimis af-
fliguntur, in quibus ſæpe ab inflam-
mato ſanguine tanti in membris exi-
ſtunt dolores, vt & mentem & ani-
mam infeſtent, ac ipſam mortis acer-
bitatem videantur longè exuperare.
Epar inflammatur, cor vritur, caput
exardeſcit, lingua & labra igne to-
ſta rimas obducunt, incenſi rubeſcunt
oculi, cerebrum aſcendentis caloris ve-
hementia exhauſtum & inquietatum,
reliquis etiam membris omnem quie-
tem denegat, ac ne multa: Omnia in-
teſtina, omnia membra, ipſi etiam ex-
tremi digitorum articuli ariditate &
æſtu hiant, ac inſatiabili quadam ſiti

& deſi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

& deſiderio refrigerij miſerè crucian-
tur. Et hæc tamen omnia ſæpe Cle-
mentiſsimi Dei paterna ſunt admoni-
tio, quæ ſanctis non rarò contingunt.
Quos putas æſtus & ardores toleran-
dos eſſe damnatis diffidentiæ filijs in
ſtagno ignis & ſulphuris in quod om-
nem iram ſuam effudit Dominus: ocu-
lus non vidit, auris non audiuit, nec
aſcendit ſuper cor hominis quæ præ-
parauit Deus diligentibus ſe: at-
qui nec oculus vidit, nec auris au-
diuit, nec vlla diligentia vel ſaga-
citate humanæ mentis inquiri, compre
hendi ve poteſt magnitudo cruciatu-
um quos parauit Deus inimicis ſuis.
Hos ab ea ſaltem parte quæ ab igne
erit, exprimere volentes, dixerunt
veteres, noſtrum ignem ab infernali
ita exuperari, vt eum, ſi adhiberetur
reſtinguere poſsit. quo ſane dicto ni-
hil

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

hil mihi videtur voluiſſe aliud, quàm, licet corporalis quidem ſit ignis gehennæ, eſſe tamen eum virtute proprietatũ ſuarum et qualitatũ δυνάμει ita vehementem, vt is qui nobis in quotidiano vſu ignis eſt, hoc reſpectu frigidus videri poſſit & humidus, vnde colligi facilè putauerunt, quanta acerbitate damnatorum corpora erit affecturus.

Huic igni accedet eodem planè gradu intenſiſsimum frigus & horror. Quemadmodum enim fabri ferrarij ſuo igni frigidam aſpergunt, quò vehementius ardeat: ita etiam intenſiſsimi caloris & frigoris viciſsitudine ingentes iſti cruciatus in corporibus ſubiectis horribiliter adaugeſcent. Nam inenarrabilis illa conſternatio & metus quo horribiliter trepidabunt conſcientiæ damnatorũ,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

cauſabit externum horrorem qui coniunctum habebit ingens frigus, quod conſequetur vlulatus, fletus & stridor dentium, ſicuti meminit Dominus in Euangelio. Vnde non dubium eſt, apud græcos damnationis locum, nomen tartari accepiſſe, à verbo ταρταρίζειν quod tremore obrigere ſignificat. Cum etiam oculi nihil niſi meram maledictionem & craſſiſſimas tenebras intueantur, aures perpetuos eoſq; luctuoſiſſimos vlulatus audiant, odor aduſti ſulphuris grauiſſimo fœtore mirificè offendatur, lingua caloris & ſiccitatis excellentia acerrimos morſus & exulcerationes ſentiat, ac omnes corporis particulæ nunc igne, nunc frigore intolerabili corripiantur: horror, tremor & trepidatio corporis, tàm cruciatibus ipſis quàm eorum metu excreſcunt in immenſum.

Sed deſcendamus nunc ad conſiderationem ſuppliciorum *Animæ*, eaq́; tantò expendamus diligentius, quantò futura ſunt his maiora, quæ corporibus euentura diximus. *Animam* enim corpore multò teneriorem, ſuis doloribus vehementius affligi & affici, communis teſtatur experientia. Quoniam vero conſtat, corporeum gehennæ ignem etiam incorporeos ſpiritus diabolos, miris, veris tamen modis puniturum eſſe: *Apoca*:20. Et Diabolus qui ſeducebat eos, miſſus eſt in ſtagnum ignis & ſulphuris, vbi & Beſtia & Pſeudopropheta cruciabuntur die ac nocte in ſecula ſeculorum: Et *Auguſtinus*, Gehenna illa, inquit, quæ ſtagnum ignis & ſulphuris dicta eſt, corporeus ignis erit: & cruciabit damnatorum corpora vel hominum vel dæmonium, ſed

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

ſolida hominum, aërea dæmonum: non iniuria fortaſſe aſſeuerauerunt ex veteribus nonnulli, eundem quoq; humanam animam afflicturum eſſe. Verum quia ſuos habet illa peculiares & longè maiores cruciatus, ad eos potius orationem conuertamus. Ac primum quidem manifeſtum eſt, intellectum ſumma cæcitate & caligine ignorantiæ Dei torquendum eſſe, quòd tradendi ſint Impij in ſenſum reprobum penitus ſpoliandi omni luce Dei interiore. Hinc mentes ita perturbabuntur, vt perpetuis furioſis motibus exagitentur, exacerbatæ internis & externis vehementiſsimis doloribus. Ardebit deinde voluntas ingenti odio, quo Deum auerſata, fugiens & exhorreſcens, ſeipſam velut acerbiſsima ægritudine indeſinenter exedit et conficit: triſtitiam verò, qua æternum

conſtrin-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

conſtringatur & marceſcat cum acerrimo doloris ſenſu, ne quidem omnes omnium hominum & angelorum linguæ ſatis enarrauerint. Atq; hi cruciatus longè horribiliores ſunt, quàm vt vel in hac vita intelligi, vel cum vllis pœnis corporalibus conferri poſſint. Accedit occultus ille Animæ Carnifex conſcientia, mirando creatoris Dei iudicio & artificio ita condita, vt ſit vindex ſcelerum in animis delinquentium, alijs omnibus quantũuis grauibus supplicijs vehementior, quemadmodum inquit Iuuenalis.

Pœna autem uehemens & multo ſæuior illis.
Quas aut Cæditius grauis inuenit aut Rhadamantus,
Nocte dieq; ſuum geſtare in pectore teſtem.

Et enim multa triſtiſsima facinoroſorum hominum exempla copioſè declarant, nullas eſſe aut dici poſſe hor-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

ribiliores Erynnias, quàm ſunt hi ve-
hementiſsimi morſus conſcientiarum,
quibus ita lacerati ſunt quidam, vt ma
luerint ignitis forcipibus membratim
diſcerpi, alij ferro, alij igne, alij la-
queis vel ſimilibus violentis modis ſi-
bi mortem conſciuerunt ipſis, conati
ſibi hæc, quibus indeſinentur concuti-
ebantur ſæuiſsima conſcientiæ verbe-
ra, intercipere. Has animi pertur-
bationes & hæc malæ conſcientiæ ver
bera, veteres Philoſophi furias infer-
nales vocauerunt, quibus vt nulla in
hac vita, ita nec apud inferos maiora
eſſe ſupplicia erudite exiſtimauerunt.
Nam etſi quidem deliteſcat interdum
conſcientia ſcelerum & cauterio reſe-
cta quieſcat, ſenſu tamen iræ & iudi-
cij diuini excitatur, cum pœnis oppri-
mimur. Quod etiam gentes intellex-
iſſe docet Sophocleum illud: παθόντες
ἀρ

ἄρ ξυγγνοῖμεν ἡμαρτηκότες. *Cum affligimur ſcelerum nobis conſcij efficimur. Eoq́; acerbiore vulnere nos conſcientia afficit, quò & grauiora ſentimus ſupplicia, & maiora eſſe delicta noſtra agnoſcimus, præſertim ſi domeſticus ille iudex omnino inexcuſabiles nos eſſe conuincat. Cum autem in inferno ſenſuri ſint Damnati omnem iram Dei & pœnas ſine fine & modo vehementes: neceſſe eſt immenſos & inenarrabiles eſſe cruciatus, morſus & dilacerationes, quas excitatura ſit conſcientia ſcelerum patefacta iudicio Dei. Nec dubium eſt, quin quemadmodum Caino, Sauli, Achitopheli, Iudæ, Oedipo, Oreſti & ſimilibus, longè intolerabiliores viſæ ſunt conſcientiarum perturbationes, quàm quas corpore luerunt grauiſſimas pœnas: ita Damnatis etiam omnia quantumuis*

renda, ac ipſi etiam Diabolo immenſum horrorem incutientia ſupplicia corporalia, intenſiſſimusq́ Gehennæ ignis longe videbuntur tolerabiliora, quàm ſit hic conſcientiæ vermis, quem nunquam intermori ait Iſaias, quin omni momento ſine intermiſsione afflictiſſimas damnatorum animas horribiliter ſit arroſurus, atq́ ita dilaniaturus, vt ſi vel nulla eſſent apud inferos alia ſupplicia, nullus alius infernus aut condemnatio, ſola hæc magna ſatis ad extremam calamitatem pœna foret.

Sed leues videri poſſent hæ tantæ calamitates Impiorum, niſi æternæ forent. Equidem in tantam admirationem induci vix poſſem, quòd eas malignantium turba tanta ſecuritate floccifaciat, ſi quando, reuolutis etiam innumeris

numeris annorum myriadibus, finem eſſent habituræ, ſiquidem ſpe futuræ liberationis quantumcunq́ prorogatæ, lenirentur quodammodo & miteſcerent. Impiorumq́ mentes futuri boni cogitatione conſolationem haberent, qua confidentes in hac vita vt ſuæ libidini & affectibus ſatis tantum facerent, horrendiſſimorum cruciatuum temporariorum metu, vix leniter afficerentur. Verum enim, cum omnis omnino liberationis præciſa ſpes ſit, & manifeſtum eſt fore inferni mala vt ſine modo vehementia, ita ſine fine in ſecula ſeculorum, vt ait Apocalypſis, hoc eſt, in omnes æternitates durantia: eò ſunt Impijs horribiliora quò diuturniora. Sed æternitate nihil eſt diuturnius, quòd ea nullo temporis ſpacio deſignari menſurari ve poſſit, Itaq́ nec his pœnis,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

quæ tempore terminari nequeunt, eſt
aliud horribilius. Ac ne tum qui-
dem, ſi vel mediocres ſaltem eſſent,
quæ tantæ ſunt, quantas nulla oratio,
nulla mens aut cogitatio angelorum
vel hominum, ſatis deſcripſerit. Ac
vt in pauca rem conferamus: Semper
corpore & anima moriendum eſt Im-
pijs, & nunquam tamen moriendum,
hoc eſt, tantæ pœnæ omni momento ſi-
ne intermiſsione ferendæ ipſis ſunt,
quantæ ad æternam mortem & male-
dictionem requiri poſsint maximæ,
nec tamen vel mors quòd æterna ſit,
actionem intermittere, vel illi extin-
gui abſumi ve vnquàm poterunt, cum
immortales, corporeq́; & anima incor-
ruptibiles ſint facti. O igitur hor-
rendam Impiorum miſeriam, qua ni-
hil calamitoſius: O tremendas pœnas
quibus nihil grauius, nihil ve diutur-

nius:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

nius: Et ô diem terribilem qui tantorum malorum faciet initium & non finem. Enimuero niſi planè à Diabolo excæcati eſſent impij, nec ſuis affectibus ita faſcinati, vt ad horum ingentium cruciatuum cogitationem reuocari non poſſint, næ illi iudicium Dei & diem iræ impietatis mercedem, vehementer exhorreſcerent, & ſalutem fortaſſe matura ad Deum conuerſione quererent. Sed hic dolus, hoc Diaboli ſingulare artificium eſt, vt eos in iudicij diuini & ſuppliciorum infernalium contemptum adducat, oculoſq; mentes & animos faſcinet, ne quæ ſibi grauiſsimo terrori, periculo, adeoq; æterno exitio ſint, ſatis perſpiciant aut intelligant.

Porrò quemadmodum Impijs horrendiſsimum & maximè terribi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

lem hunc eſſe iudicij diem diximus: ita pijs omnibus, cum promiſſam in Chriſto & propter Chriſtum, immortalis gloriæ coronam ſit allaturus, non modò diem eſſe deſideratiſsimum, verum etiam in his triſtiſsimis nouiſsimorum ſeculorum confuſionibus, efficaciſsimam adferre conſolationem, oſtenſuri ſumus. Idq́ duabus potiſsimum de cauſis: quarum Primam ſuppeditabit, futura eo die glorioſa piorũ liberatio ab omnibus moleſtijs: Secundam, Dona quibus liberati ornabuntur.

Cœterum vt appareat quantum & quàm illuſtre ſit huius liberationis beneficiũ, vtile fuerit in quantis nunc verſemur miſerijs, paulò accuratius expendere. Vult enim Deus propter inhærentem adhuc peccati labem, cer-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

to conſilio Eccleſiam in hac vita vſq; ad glorioſum ſuum aduentum cruci & miſerijs eſſe ſubiectam. Earum verò aliæ ſunt Internæ: aliæ Externæ.

Internas voco omnes infirmitates, deprauationes, morbos & mutationes inordinatas in corpore: omnem deniq; corruptionem Animæ & potentiarum eius, errores iudicij, omneſq; motus pugnantes cum ſapientia Dei, in Intelligentia: & errantium cupiditatum incendia in affectibus. Eſtq; hæc naturæ deformitas per peccatum primorum hominum introducta, triſtiſsima calamitas. Sinit enim Deus naturam à ſe ordinatiſsimè conditam, ſuis, propter peccatum, orbatam donis, ruere in confuſionem ſibi exitioſam. Corpus amiſſa ſuarum virium integritate, paulatim computre-

ſcit

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

ſcit, & ad mortem tendit: in quo itinere, infinitis moleſtijs nos fatigat. Nunc frigore, nunc nimio infeſtatur calore: ſitit, eſurit, rurſus laborat repletione: taceo infinita morborum genera, quibus miſerrimè crucifigitur hæc miſera maſſa. In qua certe tantas experimur ærumnas, vt ſi nonupereſſet ſpes Reſurrectionis, nihil profecto melius foret, quàm (vt inquit ille) vel natum non eſſe: vel ſtatim natum mori. Animæ onera ſoli ſentiunt pij, qui cum quotidie mentis caliginem, tetras dubitationes de Deo, & furorem voluntatis & affectuum, contra legem & voluntatem Dei agnoſcunt, ſuam hanc miſeriam & deformitatem veris gemitibus lugent & deplorant.

Sed & Externarum miſeriarum infinita multitudine premimur. Eas

autem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

autem nomino mala quæ in natura hominis non ſunt, ſed forinſecus accedunt vel noſtra temeritate accerſita, vel ſua ſponte, aut Diaboli ſæuitia accumulata propter peccatum: qualia ſunt bella, rerumpublicarum euerſiones, confuſiones imperiorum, peſtes & alia contagia, incendia, fames, inopia, infamia, exilia, & ſexcenta alia ſuppliciorum genera, quibuſcum in hac vita miſerè luctamur. Præter enim ea, quæ noſtris erroribus, prauiſq; cupiditatibus mala nobis plurima cumulamus: Diabolus ardens odio Eccleſiæ, admirandas Tragœdias vbiq; excitat. Ac præcipuè hac poſtrema ætate furit, qua nouit & languidiorem eſſe naturam, et ſui Imperij finem approximare. Sentimus ſuas quiſq; ingentes ærumnas, quicunq; piam in Chriſto vitam inſtituimus. Ac communium malorum

nullus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

nullus propemodum eſt modus. Quo-
cunq; enim animi oculos circumferi-
mus, triſtiſſima rerum omnium facies
eſt. Dolet Eccleſia varijs preſſa mi-
ſerijs, quòd ad miniſteria ſedeāt multi
indigni, & ſuis fruantur eleemoſinis
ocioſi. Doctorum etiam furioſas di-
laniationes, quibus ſe mutuo quidam
conficiunt, amarè deplorat. Sunt
in Imperijs, politijs & œconomijs hor-
rendæ confuſiones & ruinæ: dominan-
tur Cyclopes prophani, & Impij ἀνδρο-
κτόνοι, qui nec Deum nec homines reue-
riti, inferiores dilaniant & deuorant.
graſſantur impunè in omnibus ordini-
bus horribilia ſcelera, homicidia, adul-
teria, ſcortationes ita vſitatæ vt inter
peccata haberi iam deſinant. Arde-
mus propemodum ſinguli mutuis odijs:
nemini nemo amicus eſt, & nuſquàm
tuta fides. Sequuntur hæc mala,

magnæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

magnæ calamitates & ærumnæ quæ publicè circumuagantur, & manifeſtæ Diabolorum graſſationes inter homines. Quid verbis moror: totus rerum ordo turbatus eſt, & ſui horrendum abuſum tota natura gemit. Nec ſanè procul abſumus, imo verò iam attigiſſe videmur ea tempora, in quibus præ anguſtia dicturi ſumus montibus, cadite ſuper nos & vallibus operite nos. Sed cum ab his omnibus moleſtijs, ærumnis & anguſtijs nos liberaturus ſit aduentus Domini noſtri Ieſu Chriſti ad iudicium, nec vero extet vlla liberationis alia ſpes: nemo eſt pius, qui ad mentionem eius Diei & iudicij non totus exhilareſcat & erigatur animo, ſitiens glorioſam illam filiorum Dei liberationem ab his triſtiſſimis miſeriarum ergaſtulis, & lætam Chriſtianæ militiæ Cataſtrophen, qua amiſſam in-

tegrita-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

tegritatem plenè recuperaturi ſumus, futuri ſicut angeli Dei. Ceſſabunt enim omnia naturæ onera, defectus, morbi & deprauationes: nulla erit in corpore lues, nulla corruptio, nulla macula: nullus in mente error, nulla caligo, nec vlla in affectibus ἀταξία: ſed erunt omnia ad beatam immortalitatem eleganter diſpoſita. Cumq; peccatum & omnis omnino peccati memoria exterminanda ſit, nullum erit amplius metuendum peccati ſtipendium, nulla calamitas vel miſeria, nullus dolor aut anxietas: nulla Impiorum hominum vel diabolorum rabies, odium, iniuria: vt enim ab omnibus planè malis, ita ab omni quoq; impiorum moleſtiſſima ſanè conſuetudine, glorioſè liberabimur. Abſterget enim Dominus omnem lacrymam ab oculis noſtris. Vbi igitur iam tuus Mors aculeus? vbi

tua

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

tua Inferne victoria? vbi veſtra Cyclopes potentia & minæ? Abſorpta eſt mors, infernus & omnis calamitas noſtra in perpetuam victoriam. Quam quidem, quis quæſo in hac miſeriarum mole, non toto pectore & Spiritu, anhelaret? quis ſub hac afflictiſsima peccati & ærumnarum ſeruitute, ſub qua veluti grauiſsimo pondere omnes ingemiſcimus, non hoc ſolum ferè in votis habebit vt acceleret dies ille Domini? Totam rerum naturam ait Apoſtolus, nobiſcum ingemere ſub hoc onere, & ἀποκαραδοκεῖν τὴν ἀποκάλυψιν τῶν υἱῶν τοῦ θεοῦ. Hoc eſt, protenſo quaſi & arrecto capite ſollicitè, auidè & anxiè intendere in futuram reuelationem & liberationem filiorum Dei, qua & ipſa ſimul liberabitur à fœdiſsimis impiorum abuſibus, quibus ad iudicium vſq; ſubiecta erit. Neq; velim ſibi Chri-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

ſtianum nomen quiſquam vſurpet, qui non cupidiſſimè huc aſpiret, & quotidiano voto iudicij diem ac promiſſam finalem liberationem à Deo maturari petat, id enim eſt vel fugientis Deum, vel parum de ſalute ſolliciti animi infallibile τεκμήριον. Siquidem in hoc ſolo die, tantum ſpei, tantumq́ fiduciæ pijs eſt, vt ſi ſuo nos aduentu falleret, qui in Chriſtū credimus, miſerabiliores eſſemus omnibus hominibus. Vt igitur hæc nobis ſecundum Deum deſideratiſſima ſpes eſt, ita vel vnica cōſolatio in his rerum turbis, dici poteſt. Nemo enim eſt fidelium, qui quoties indubitatā hanc certiſſimæ liberationis ſpem ob oculos verſet, non incredibili quadā voluptate perfundatur, qua ſe confirmat, recreat, erigit: & fugaciſſimæ huius vitæ quantumuis magnas ærumnas mitigat. Præſertim quòd tota hæc circūſtans rerum vniuerſitas eodē liberationis deſiderio cōgemiſcēs, aper-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

tè doceat iam in foribus eſſe diē reuelationis piorum, quo glorioſiſſimè liberabũtur ex hac ærũnoſa ſeruitute, cui hactenus erãt, permittente Deo ſubiecti.

Secũdã cauſã, quæ nos alacri animo vehementer expetere faciat iudicium, et concuſſas miſeriarum tempeſtatibus mẽtes noſtras, efficaci conſolatione erigat, diximus eſſe dona excellentia, quibus ornãdi ſumus à Deo, poſtquàm lætiſſimus noſtræ liberationis dies illuxerit. Non enim viſuri ſolũ ſumus fœliciſſimam omnium calamitatũ Cataſtrophẽ, liberati à morte, à ſenſu iræ Dei, ab hominibus malitioſis et diabolis: verumetiã donabitur corpus, vt ſupra meminimus, incorruptibilitate, agilitate & diuinæ lucis claritate, qua fulgebimus ſupra maieſtatẽ ſolis aut lunæ. Cõmunicabitur nobis abſoluta eſſentiæ et voluntatis diuinæ cognitio, qua Deum facie ad faciem intuebimur in arca

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

na Maieſtatis ſede vnum & ſimpliciſsimum eſſentia, trinum vero in perſonis. Admirabimur in omni æternitate immenſam ſapientiã in Deo quæ nobis quoq; ex diuina clementia communicabitur. Lucebit Deinde in mentibus noſtris, in omnibus potentijs & affectibus, vera perfectaq; iuſtitia, & ſumma voluntatum noſtrarum conſenſio cum Deo. Verus Dei timor & ardentiſsimus amor. Eritq; Deus omnia in omnibus, & nos vera, integra, viuaq; imago & templum inhabitantis Dei. Ita ornatis, conferet & communicabit Deus inenarrabilem læticiam, & gaudium æternæ vitæ. gaudebitis & exultabitis, inquit Iſaias, vſq; in ſempiternum cum his quæ creo: nec audietur vltra vox fletus aut vox clamoris. Horum tantorum bonorum magnitudo cum non ſolum omnem elo-

quentiam,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

quentiam, verumetiam angelici & humani ingenij capacitatem longè exuperet, hoc vnum dixiſſe ſufficiat: oculus non vidit, auris non audiuit, nec aſcendit ſuper cor hominis, quæ præparauit Deus diligentibus ſe. Equidem id ſcio, ſolam intuitionem qua filium Dei noſtra indutum carne, in illa æternitate conſpecturi ſumus, tàm immenſum nobis parituram eſſe gaudiũ, vt nihil in hac infirmitate dici cogitari ve maius poſsit, nec omnes mundi ærumnæ cum hac ſola voluptate comparari. Quid exiſtimabimus de ſumma beatitudine & gloria, ſapientiæ, iuſticiæ & læticiæ qua florebimus in perpetua fruitione conſpectus Dei? Quæ cum ſe ita habeant, quis quæſo momentaneas huius vitæ ærumnas non feret moderatè, imò deſpicatui ducat? quis tantorum bonorum infallibili ſpe non

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

erigat in conſternationibus: Non enim
fingimus harũ rerum inanes imagines.
neq; ſunt nudæ λόγων εὐμορφίαι, vt poly
phemi & reliquũ malignantiũ iudicat
vulgus: ſed vt veraciſsimi Dei indubi-
tatæ promiſsiones, ita eodẽ per ſpiritũ
ſanctũ operante, viuæ efficaciſsimæq;
conſolationes ſunt, inquibuscunq; ærũ-
nis, quod omnium piorum certiſsimæ te
ſtantur experientiæ: qui quoties ſibi ex
tremi iudicij et venturæ gloriæ medita-
tionem intra pectus recipiũt, toties ad-
mirabili quadam læticia mentem inca-
leſcere, et ſingulare animi robur accre-
ſcere ſentiunt. Sit nemini meæ experiẽ
tiæ moleſta commemoratio: qui & ipſe
Dei beneficio cõmunes expertus ærum
nas, imminentẽ noſtræ liberationis glo-
riã (liceat paulino vti verbo) ἀποκαρα-
δοκῶ. Memini de his, ſanè maximis re
bus cum honeſtiſsima iuxtaq; pijſſima
matrona

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

matrona Maria Doctiſsimi viri D. Nicolai Hemmingij caſtiſsima cõiuge colloquentẽ, non rarò inſatiabili quadã delectatione animum mihi demulcere: et interdũ vtrumq; noſtrum, ex datis acceptisq; colloquij vicibus (vt eſt eius mulieris erudita pietas) geſtientis animi voluptuaria elatione ita oblectatum, vt ex his miſerijs, ex hoc mundo, ex hac etiam carne videremur nobis in mediã vitæ æternæ poſſeſsionem prorupiſſe. Nec dubium eſt, ſimile vitæ et læticiæ æternæ initiũ lucere in omnibus fidelibus in hac vita, vnde non ſolum efficaciſsimam conſolationem percipiunt in afflictionibus, verũ etiam ad ardentius futuræ gloriæ & venturæ liberationis deſiderium & votum extimulantur.

Cum itaq; memoratis iam hiſce rationibus, pios conſoletur Aſſe-

 ueratio

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

ueratio de venturo generali iudicio, im pios vero de magnitudine ingruentium pœnarum admoneat: voluit Deus hanc doctrinam Eccleſiæ notiſſimam eſſe, & diem iudicij ſui multa ſolennitate ſignificari, vt & illi intelligant non ſe ad perpetuæ militiæ labores: ſed & ad victoriam & triumphum vocari: & hi venturorum ſuppliciorum periculis abſterriti ab iniquitatum ſuarũ via, toto corde requirant Dominum. Qua de re, cum hoc loco ex partitionis ordine, iam dicendũ erit, libet in conſiderationem admirandæ miſericordiæ Dei paululum expatiari. Qui quidem priusquàm ex iuſtiſſima ſua ira puniat, peccatoribus etiam atrociſſimè in delictis commorantibus, pœnitentiæ locum concedit, gratiam offert, eoſq́; aberrantes ſeueriſſimis admonitionibus in viam ſalutis reuocare conatur.

Idq́;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

Idq́; eo ſtudio, vt cum reuelati verbi prædicatione multi non commoueantur, addat etiam præter & contra cõmunem naturæ curſum, horribiles ſignorum & prodigiorum apparitiones in aëre, aqua, terra, adeoq́; in tota hac rerum vniuerſitate, perſpicuas admonitiones de ventura ira, & calamitatibus impietati eorum qui gratiæ tempus obſtinatè negligunt, impẽdentibus: vt vel hoc pacto, partim inuſitatis contra naturam, partim etiam in natura ordinatis ſignis attoniti, conuertantur ad Dominum, & ventura mala ſubterfugientes ſalui fiant in die Domini noſtri Ieſu Chriſti. Hac re, vt manifeſto opere perſpicuè declarat, quod aliâs de ſua erga nos voluntate, verbis teſtatur, inquiens: Viuo Ego nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat. Nec enim vllam gen-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

tem, inde vſq; à condita creatura, diui-
na viſitauit vltio, quam non prius mo-
nuerit, vel prædicatione ſui verbi, vel
inuſitatis prodigijs & ſignis in ele-
mentis mundi, prodigioſis ſtellarum
coniunctionibus, Cometis, alijsq; eius
generis impreßionibus, quæ in oculos
humanos incurrentes, animos quoq;
percellerent, ac offenſi Creatoris na-
turæ & futurorum malorum ſigna eſ-
ſent. Adiecit inſuper ſuum cuiq;
pœnitendi tempus, intra quod, ſi matu-
ra conuerſione redierit ad Dominum,
iram & iudicium eius anteuertere po-
teſt: vltra vero (ſi perſeuerauerit in
delictis) pro ſua iuſticia iniquitatem
non ſinit creſcere. Exempla ſuppedita-
bunt omnium hiſtoriarum libri, præci-
puè vero hiſtoria Eccleſiæ filij Dei, in
qua maximè lucere voluit teſtimonia
de iudicio ſuo aduerſus peccatum, et in

effabilem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

effabilem clementiam in omnes eos, qui
in vera pœnitentia ad Thronum gra-
tiæ conuertuntur. Ita enim Cain ſtatim
in principio conditæ Eccleſiæ deſci-
ſcentem à pietate grauiter admonet, et
ad pœnitentiam reuocare conatur, vbi
inquit, Quare iratus es & cur conci-
dit facies tua. Nonnè ſi benè ege-
ris, recipies: ſin autem malè, etiamſi
quieſcat peccatũ tuum, ad ianuam ta-
men cubat, & ſuo tempore aperietur
quando tu pœnis opprimeris: præterea
et ſeriò eum exhortatur, vt ſuæ volun-
tatis diligentia peccati deſiderium fre-
net. Tu dominaberis peccato et ſub te,
inquit, erit appetitus eius. ne ſi hoc for-
tè tui dominetur adferat tibi iudicium
& mortem. Eadem gratia etiã mundo
ante aquas diluuij benigniſsime eſt ob-
lata, cũ multiplicatum genus humanũ
(quod ſe tantis ſcelerib: cõtaminârat ut

Deum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

Deum conditi hominis pœnituiſſe ſcri bat Moſes) non ſtatim pro ſua iuſtitia deturbauerit in gehennam: ſed iuſticiam Deus miſericordia temperans, & irã lenitate, pænitentiæ ſpacium 120. annos concedens, per Noë Prophetam de venturis, niſi reſipiſcerent, malis, ſtudioſè monet. Sic & ſpurciſſimam Sodomitarum gentem ad pœnitentiam vocauit prædicante Loth: Niniuitas concionibus Ionæ: populum Iſraeliticum ante ſeruitutem ſub vicinis Cananæis, Moabitis, Philiſteis, et ante abductionem in Aſſyriam & babilonem, tàm diligenter præmonuit, vt præter viuas ſuorum prophetarum conciones, voluerit ſuas de venturis pœnis, ſi derelinquerent ſe, comminationes in formam cantici comprehen ſas, vulgò decantari: vt hac ratione, de pœnitentia & ira Domini populus

quotidie

quotidie commonefieret, eò quòd parcere ipſis cuperet Dominus, vt in Paralip: & Eſdra dicitur. Omnium autem illuſtriſſimum teſtimonium ardentiſſimæ voluntatis & ſtudij diuini in reuocandis ad pœnitentiam omnibus peccatoribus, ſunt lacrymæ incarnati in fine ſeculorum filij Dei, quas fudit ante deuaſtationem Ieruſolymitanam intuens præfractam populi duriciem, nolentis conuerti, nec agnoſcentis tempus viſitationis ſuæ: & calamitoſiſſimum gentis illius excidium, quo vix vllum exempli atrocitate horribilius ante Aduentum Extremi iudicij foret.

Neq; vero ſe continuit admiranda illa bonitas, quin & venturis ob ſcelera pœnis in genere humano, præmitteret aſpectabiles quoq; pœnitentiæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

conciones, prodigia, ſigna, ſtupendas rerum mutationes & ſimilia iræ diuinæ certiſſima indicia, vt & gentes ipſæ manifeſtè intellexerint horribilia delicta atrociter puniri diuinitùs, ac ſe ad pietatem & vitæ ſanctimoniam publicis pœnis inuitari, quæ ſibi plerumq; ſignis in ſublimi denunciabantur, vt teſtatur Herodotus lib:6. φιλέει δὲ πῶς προσημαίνειν, ἐυτ᾽ ἄν μέλλῃ μεγάλα κακὰ ἢ πόλει ἢ ἔθνει ἔσεσθαι. Et Cicero Philippica 4 ait, prodigijs & potentis Deos immortales nobis futura prædicere. Qualia in omnium gentium hiſtorijs leguntur præceſſiſſe ciuitatum, populorumq; & rerumpublicarum euerſiones, viſi Cometæ, horribiles luminum cœleſtium coniunctiones, defectus ſolis & lunæ, terræmotus, inauditi morbi, bella, peſtes, fames: quæ cum alijs calamitatibus in genere noſtro

nuncia

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

nuncia ſunt iræ Dei & conciones re-
uocantes ad pœnitentiam impios Vult
enim Deus omnes ad pœnitentiam re-
uerti & neminem perire. 2. Pet: 3.

Eandem bonitatem & ſtupendam
planè μακροθυμίαν ſuam, multis nomini-
bus illuſtriorem hodie facit Dominus
erga nos, qui in fines temporum incidi-
mus. Taceo enim lucem puritatis
Euangelicæ & innumera beneficia,
in quibus nullis ætatibus inferiores
ſumus, multis etiam ſuperiores: hîc
certè omnibus ſeculis longè antecel-
limus, quòd tantas diuinæ lenitatis di-
uitias, nulla hactenus ſint experta.
Non enim meminimus Deum vlla
ætate, vt hac noſtra, tàm tetras &
horrendas omnium ſcelerum confu-
ſiones, tàm cœcam mundi ingratitu-
dinem & ſæcuritatem, tàm furioſum
rerum cœleſtium contemptum, tan-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

ta lenitate tàm diu impunitum tuliſſe, præſertim cum tot concionibus erudi-torum, tamq́ frequentibus in tota na-tura ſignis & prodigijs de pœnitentia admonuiſſet. Quia nimirum hæc in-exhauſtæ miſericordiæ diuinæ ineffa-bilis eſt bonitas, vt quò perditam ouē à via longius aberrare videat, eò quæ-rat eam diligentiùs: ac quantò profun-diore ſecuritatis ſomno (vt in maximis periculis eſſe ſolet mundus maximè ſe-curus) præpeditos negligere ſentiat & contemnere imminentem mox mun-di deſtructionem & pœnas æternas, tantò ſæuerius & ſtudioſius ſtertenti-um noſtrum vtramq́ aurem, totius na-turæ gemitu circumquaq́ cōcutiat, ful-minet in ſublimi multis portentis & ſi-gnis, vt expergiſcamur ac de pericu-lis inſtantibus commoneamur.

Ita etiam cum omnes pœnæ, ca-

lamitates

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

calamitates & ruinæ humani generis. (de quibus ex immenſa Dei miſericordia priusquam fierent, admoniti ſunt homines, vt reſipiſcerent) teſtimonia tantum ſint, & præludia futuri generalis iudicij & inenarrabilium illarum calamitatum, quibus finaliter afficiendi ſunt hoſtes & inimici Dei extremo die: voluit Dominus eum diem etiam maiore ſolennitate denunciari et indici hominibus, ac multis inuſitatis rerum viciſsitudinibus quaſi digito demonſtrari. Etſi enim nos, imo ipſos quoque angelos celauerit momentum temporis, diem & horam: nec velit hæc à nobis curioſè inquiri, vt in perpetuis excubijs ſemper parati ſimus Deo noſtrarum actionum rationem reddere: ſuis tamen modis diem ita manifeſtauit, vt liceat non obſcuris coniectationibus proſpicere circa quæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

tempora expectandus erit. Videamus enim quomodo nobis oſtenſus ſit.

Ex ſacris libris manifeſtum eſt Extremi iudicij aduentum & finem mundi, tripliciter eſſe nunciatum.

1 Expreſſo verbo Dei & vaticinijs.
2 Typis 3. Signis.

Ac primum quidem conſtat, ab ipſo ſtatim rerum exordio multis ſanctorum hominum oraculis hunc noſtræ fidei articulum Eccleſiæ diligenter eſſe propoſitum. Et quidem in prima concione Domini ad Cain, perſpicuè ſignificatur venturum aliquando iudicium, quo omnia hominum delicta ſint reuelanda, quo ſecundum ſua cuiq; opera, pietatis, vel impietatis premium dabitur. Et

in

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

in Epiſtola Iudæ recitatur prophetia Enoch: Ecce venit Dominus in ſanctis millibus ſuis, vt faciat iudicium de omnibus, & arguat omnes Impios de omnibus operibus impietatis eorum quibus impiè egerunt. Eſtq́; ab alijs ſanctis patribus in illa primorum hominum Eccleſia, hæc doctrina ita illuſtrata, vt & ad gentes fluxerit aſſeueratio de immortalitate Animæ, de ſecuturo poſt mortem iudicio, de beatitudine piorum & cruciatibus impiorum poſt hanc vitam. Quemadmodum in multis locis apud Platonem, & alijs etiam hominum philoſophorum ſcriptis in promptu eſt. Repetita deinceps eſt, continua Prophetarum ſerie vſq́; ad incarnatum filium Dei, qui & ipſe, cum ſuis Apoſtolis, ſumma fide & diligentia eandem prolixè tradidit, & ad poſteritatem pro-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

pagant. Quorum omnium cum vbiq; extent in ſacris literis de hoc articulo teſtimonia, & ſupra quoq; præcipua ſint recitata, nolui hoc loco prolixiorem commemorationem inſtituere, præſertim quòd exiſtimem ex memoratis Prophetarum & Apoſtolorum oraculis, rem ita notam & manifeſtam eſſe, vt nemo ſanus vnquam dubitare poſſit. Proſequamur itaq; reliqua, & quantum licet oſtendamus iam eſſe in foribus Extremum iudicium & mundi finem.

Extat in 4 parte operis Thalmudici libro Sanhedrin, dictum Eliæ Prophetæ de tempore durationis huius mundi.

Sex millia annorum mundus & poſtea conflagratio.
Duo millia inane.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

Duo millia Lex.
Duo millia Chriſtus.

Et propter peccata noſtra quæ multa & magna ſunt, deerunt anni ex his, qui deerunt.

Cum itaq; hoc anno qui eſt nati in carne Redẽptoris Milleſimus quingenteſimus, ſexageſimus quartus, ingreſſus ſit mundus ſuæ ætatis annum 5526. apparet iam propè adeſſe in foribus finem mundi. Si enim vel præciſè ſex annorum millibus eſſet duraturus, reliqui tantũ forent anni 474. numerus ſanè exiguus. Sed cum expreſſè affirmet Elias ſextum millenarium non adimpletum iri, quòd peccatis impiorum prouocabitur Deus ad maturandum iudicium, conſequitur, omni die et hora finem iam nobis expectandum eſſe.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

Idem docet ſeries 4 Monarchiarum, quæ Danieli in viſione ſignificata eſt per ſtatuam viri grandis & terribilis, Cuius caput aureum, Chaldaicam monarchiam: pectus & brachia argentea, Perſicam: venter & fœmora ærea, Græcam: tibiæ ferreæ, Romanam: quæ in pedes partim ferreos, partim fictiles eſſet deſitura, hoc eſt, circa finem, tranſitura in regnum partim robuſtum, partim debile. facta eſt autem hæc diuiſio Monarchiæ circa annum Domini 620. cum imperante Heraclio, Saraceni Duce Mahomete, à Romano Imperio deſciuerunt, & paucis quidem annis Arabiam, Syriam, Aegyptum, Paleſtinam & totam Aphricam ſuo Dominio ſubegerunt, ac temporis progreſſu ita creuerunt, vt omnibus nunc regnis ſint maximè formidabiles. Ab eo igitur tem-

pore

pore collapſas eſſe Monarchias, & incepiſſe Regnum quod per pedes partim ferreos, partim fictiles ſignificatur, nemini niſi hiſtorias ignoranti non eſt perſpicuum. Atqui nec dubium eſt, partes pedum ferreas, potentiam Mahometicam: partes vero fictiles, alia regna mundi adumbrare, quæ Turcicarum virium reſpectu ſunt veluti vaſa teſtacea. His regnis adhuc durantibus poſt lapſas Monarchias, futurum ait Daniel finem rerum & regnorum omnium. contriturum enim & diſſipaturum eſſe omnia hæc, lapidem de monte abſciſſum ſine manibus, hoc eſt, Dominum Ieſum, qui lapis eſt angularis quem reprobauerunt ædificantes, qui & in aduentu ſuo ad iudicium, comminuet, diſſipabit & conteret omnia mundi imperia, ſuſcitaturus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

ipſe regnum quod in æternum ſta-
bit : neceſſe igitur eſt ab his tem
poribus non procul eſſe rerum fi-
nem , cum poſt collapſas omnes Mo-
narchias, Regnum illud ferreum & lu
teum durauerit annos, plus minus 944
tot ferè annos præciſè , quot duraue-
runt duæ poſteriores Græca & Roma-
na Monarchiæ .

Extat & in Danielis ſeptimo,
prophetia de orituro in quarta Monar-
chia (quæ ibi per 4 Beſtiam figu-
ratur) regno Antichriſti, qui bellum
in ſanctos Dei moturus eſſet, & opi-
nione ſapientiæ & ſanctitatis tumi-
dus , exiſtimaturus quòd tempora &
leges, pro ſua libidine condere & mu-
tare poſſit, & quidem præualiturum
eſſe ait, vſq; ad tempus & tempora &
dimidium temporis, vſq; dum conſtitu-
atur

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

atur iudicium : ex qua & piam conie-
cturam facere licet de vicinitate ex-
tremi iudicij. Illuſtratur autem res
admodum ab Apoſtolo 2 Theſſ: 2 vbi
inquit, ante aduentum Domini ad iu-
dicium, futuram defectionem prouinci-
arum à Romano Imperio, et Antichri-
ſtum hominem peccati, filium perdi-
tionis, reuelatum iri, qui ſe extolleret
ſupra omne quod dicitur Deus, ita vt
in templo Dei ſeſſurus eſſet, id eſt, do-
minium habiturus in Eccleſia, oſten-
dens ſe tanquam ſit Deus, atq; hanc
tyrannidem ita erit virtute, ſignis &
prodigijs mendacibus palliaturus, vt
niſi ſpiritu oris Chriſti reueletur, non
agnoſcatur à multis : Eum, inquit A-
poſtolus, Spiritu oris ſui manifeſtatũ,
deſtruat Dominus Ieſus illuſtratione
aduentus ſui. Eodem ſpectat &
13 cap: Apocalip: ait enim, Beſtiam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

de mari aſcendentem (qua Romanum Imperium ſignificari, non eſt dubium) percuſſum iri plaga mortis, hoc eſt, debilitatū iri ut planè interitura: ſed curatam eſſe plagam mortis eius, & reſtitutam potentiam, per Beſtiam aliam aſcendentem de terra, quæ duo habuit cornua ſimilia Agni, Loquebatur autem ut Draco, & ſignis magnis ſeduxit habitantes in terra. Quibus verbis & figuris notari Romanum pontificem illum, quem Maximum, & vicarium Chriſti appellitant, luce meridiana clarius eſt. Is enim ferè extinctam à Gothis, Vandalis & Veſtgothis circa annum Chriſti 412, Romanam potentiam paulò pòſt, anno Domini 606 quo Bonifacius papa, Volumus & Iubemus à Phoca adeptus eſt, mediocriter inſtaurauit. Eamq́ prætextu cornuum Agni, id eſt, po-

teſtatis

teſtatis clauium (qua ſe in Eccleſiam paulatim ingeſſit) ita adauxit, vt plenum tandem nactus in Eccleſia Dominium, toti mundo ſe adorandum (vt Paulus prædixit) & beatiſsimos pedes ſuos, ſanctis oſculis venerandos Regibus & principibus præbuerit. In ſanctos autem Dei, qui ſe ſolius Ieſu Chriſti merito ſaluari profiterentur, neq; hanc Beſtiam adorare, nec eius Charactere inſigniri vellent, tanta atrocitate, flamma & ferro graſſatus, vt nullus vnquam extraneus tyrannus maiorem crudelitatem exercuerit. Vidimus, videmus & experimur adhuc, hanc tantam ſæuitiam & furorem Romani pontificis, nec dubium quin etiam maiorem experiremur, niſi rabiem animi virium impotentia prohiberet. Interim ſanctiſsimus & beatiſsimus pater (ſi dijs placet)

ac

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

ac Seruus ſeruorum Dei , vicarius Chriſti & ſanctæ ſedis Apoſtolicæ ſucceſſor, laruatis nominibus & fucata pietatis, humilitatis & ſanctitatis ſpecie Draconinam mentem occultat, miraculis & ſignis mendacibus idololatriam confirmat , ac infinitas animas in errorem, deceptionem & exitium æternum adducit. Egregiè prætendens Cornua Agni Poteſtatem Eccleſiaſticam, qua ſibi tantum arrogat, vt non modo vim faciat cruci Ieſu Chriſti, & verbo dei pro arbitrio, verumetiam horrendas in Deum Blaſphemias & doctrinas dæmoniorum ſerat, propaget: ac ferro igne & fulmine ſuæ Excommunicationis tueatur & deffendat, erigit ſe & oſtentat tanquam ſit Deus, qui errare aut labi non poſſit, & remiſsionem peccatorum vendit cui velit. Vt ſine controuer-

ſia

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

ſia planum & perſpicuum ſit, Regnum Pontificium, eſſe Regnum Antichriſti, & papam Romanum hominem illum peccati, filium perditionis & verum Antichriſtum de quo loquitur Apoſtolus 2 Theſſa: 2. Quod cum anno ab hinc 150 per Iohannem Huſium, & poſtea anno Redemptoris 1520, clara Euangelij voce per Lutherum perſpicuè demonſtratum ſit, reliquum eſt, vt breui Dominus Ieſus iniquum illum, illuſtratione aduentus ſui ad iudicium deſtruet. Id fore circa annum Domini 1883 inde coniectauerimus, quòd ſcribat Daniel obtenturum Antichriſtum in Sanctos tyrannidem, vſq; ad tempus, & tempora & dimidium temporis, id eſt, annum vnum, & duos annos, & dimidium. Si enim de annis Angelicis, (quorum ſinguli tot continent annos communes,

quot

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

quot annus noſter dies habet, videlicet 365) ex quorundam ſententia intelligendus erit Propheta : efficiunt hi $3\frac{1}{2}$ anni angelici , noſtros communes. 1277 annos, tempus durationis Antichriſti , quibus ſi addantur qui erant elapſi ex annis Domini, 606 ſcilicet, cum primatum Bonifacius à Phoca acciperet : proueniet annus Chriſti 1883, qui Antichriſtianiſmum erit finiturus . Paulus autem, cùm duraturam Antichriſti tyrannidem vſq; ad iudicium in Theſſal: perſpicuè affirmet, videtur conſummatio ſeculi & finis, circa id temporis expectandus.

In idem ferè tempus collimat Prophetia Iohannis in Apocalyp: qua ſignificat 42 menſes tyrannide Antichriſti preſſum iri Eccleſiam. Si enim

menſes

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

menſes 42 (puta angelicos) in ſuos dies
30 vcz duxeris, emanant dies 1260,
hoc eſt, totidem anni ſolares. Iam ſi
idem à Phoca conſtitueris initiũ nume
rationis, pertingẽt ad annum Domini
1866. atq; ita 17 tantum diebus diffe-
runt. nec dubium mihi eſt, quin idem
tempus cum Daniele, voluerit Iohan-
nes ſignificare, Cum poſtea in 12 Cap:
eadem Danielis vtatur Phraſi: vſq;
ad tempus & tempora & dimidium
temporis. Et enim præciſè reconcili-
aueris, ſi quemlibet annum Danielis
diuiſeris in 12 menſes, & hos rurſus,
in 30 dies duxeris. Sed nolumus curio-
ſè ſcrutari arcana Domini, nec momẽ-
ta temporum inquirere, quæ in ſua ſo-
lius poteſtate pater poſuit. Hoc ſaltem
noſtri inſtituti eſt, vt oſtendamus
quod appropinquet Redemptio noſtra.

Secundo diximus typis quoq; diem

Extre-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

Extremum nobis eſſe ſignificatum. Chriſtus enim Matt:24 diluuium Noah conſtituit imaginem & figuram Extremi diei, & Petrus cap:3. ſecundæ Epiſtolæ, diluuiū aquæ ſub Noah & diluuium ignis, quo conflagrabit mundus in iudicio, ſimul confert. Vnde conyciunt, quòd quemadmodum ea tempora, contemptu Dei, ſecuritate carnali, & malitia hominum ſibi reſponderent inuicem: ita nec diutius duraturum mundum à nato in carne chriſto, quàm ſtetit ab orbe condito vſq; ad diluuium annis 1656.

Eſt etiam in hebdomada typus durationis mundi. Vt enim ſex diebus condidit Deus vniuerſa, quibus & mandatum nobis dedit operibus laborioſis inuigilandi, ſeptimus autem, dies quietis eſt, & Sabbathum Domi-

ni:

ni: ita poſt ſex annorum millia, erit ſeptimus millenarius ſabbathum ex ſabbatho, hoc eſt, perpetuum ſabbathum ſeu requies æterna, mille enim anni in conſpectu Domini ſicut dies vnus. Sed vt ante finem ſexti diei, compleuit Deus opus ſuum quod condidit: ita fore exiſtimant ante finem ſexti millenarij, conſumationem ſeculi. Referuntur huc ſeptem primi patres Adam, Seth, Enos, Cainan, Malaleel, Iared & Enoch. Quorum priores ſex, corporali morti ſuccubuerunt: ſeptimus Enoch viuus in beatam immortalitatem tranſuectus eſt. Quo ſignificari volunt, millibus annorum ſex, mortem eſſe dominaturam, poſt quos vita æterna erit.

Sunt etiam qui in annis ab incarnato Chriſto, vſq; ad reſurrectionem eius, ad vmbratum eſſe velint,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

tempus durationis mundi à reſurrecti-
one Christi, vſq; ad reſurrectionem v-
niuerſalem omnium hominum. Quem-
admodum enim à natiuitate Christi
ad eius Reſurrectionem ſunt anni 33:
ita poſt annos iubileos 33 qui commu-
nes annos faciunt 1650 à ſua Reſur-
rectione, eũ mortuos eſſe reſuſcitaturũ.

Et quoniam triſtiſsimum illud
ſub Veſpaſiano Ieruſolymorum exci-
dium, quo nullum aliud horribilius
exempli atrocitate in omnium gen-
tium hiſtoriis occurrit, imaginem fa-
ciat Dominus futuræ deſtructionis
mundi, quare & ſigna vtriq; com-
munia præmittit Lucæ 21 & Matt:
24: non abs re fortaſſe faciunt, qui
ex illo, de fine mundi coniectant. vt
quemadmodum ab exitu Iſraëlis ex
Aegypto fluxerint anni 1582 vſq; ad
deuaſtationem Ieroſolymorum: ita non
multo

multo plures pauciores ve annos, duraturum hunc orbem ab eo tempore, ad generalē totius vniuerſatis deſtructionē.

His figuris & coniectationibus, non præſumſimus definire momentum horam, diem vel annum aduentus Domini, ſed propter furioſam multorum hominum ſecuritatem, non modo ex collatione prædictionum Chriſti, prophetarum & Apoſtolorū: verum etiā ex typis à Deo propoſitis & piorū hominum coniecturis demonſtrare voluimus, quàm finis ſeculorum ad hanc noſtram ætatem omnino congruat et propè accedat. quæ res maiorem in nobis vigilantiam, & piam attentionem in regendis omnibus vitæ actionibus, exuſcitare debet, cum intelligamus noſtrarum rerū eum eſſe ſtatū, vt neceſſe habeamus quotidiana expectatione Aduentum Domini obſeruare. Id quod ex

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

ſignis etiam, quæ filius Dei tanquam
præcurſores ſuum aduentum antece-
dere voluit, nunc declarabitur. Et-
ſi enim non reuelârit ſciſcitantibus
diſcipulis, quo die vel hora rediturus
erit ad iudicium, nec ſollicitè inueſti-
gari velit momenta temporum: nihilo-
minus tamen ita de ſuo aduentu & fi-
ne mundi nos argumentari patitur imo
præcipit, vt de exiſtente iam in fori-
bus æſtate, à pullulantibus arborum
gemmis, infallibiliter ratiocinamur.
In quem vſum, & ſigna quædam, vti
diximus, obſeruari voluit quæ infalli-
bilia nobis teſtimonia forent iam aduē-
tantis iudicij & vitæ æternæ. Sunt au
tem illa, quantū mihi quidē ex Apoſto
lorū ſcriptis nota ſūt, numero ſedecim.

Primo aduenturi ſcribuntur
Pſeudodoctores qui falſa ſcriptura-
rum interpretatione multis impone-
rent.

2. futu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

2. Futura eſſe bella & ſparſum iri rumores & opiniones bellorum in populis.

3. Conſurget, Gens contra gentē, & regnum in regnum.

4. Erunt Peſtilentiæ.

5. Futura eſt fames.

6. Crebri terræmotus multa loca concuſſuri ſunt.

7. Miniſtri Euangelij perſecutionem ſunt paſſuri & odia multorum.

8. Membra Eccleſiæ ſe inuicem perſecutura erunt, fratrem frater, parentem filius & filium parens.

9. Abundabit iniquitas, refrigeſcente charitate multorum.

10. Prædicabitur Euangelium Regni in vniuerſo orbe terrarum in teſtimonium omnibus gentibus.

11. Reuelabitur Antichriſtus, homo peccati, filius perditionis, qui ex

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

tolleretur ſupra omne quod dicitur Deus, & in Eccleſia Dominio potitus, ſignis prodigijs & ſanctitate mendaci ſeduceret multos.

12. Erunt ſigna in ſole & luna, & virtutes cœlorum commouebuntur.

13. Extabeſcent homines præ timore et expectatione ſuperuenientiū malorū.

14. Futuræ erunt inuſitatæ tempeſtates & motus maris.

15. Apparebit ſignum filij hominis in cœlo.

16. futura erit immoderata hominum ſecuritas & indulgentia in libidinibus, comeſſationibus, ebrietate & multiplici aliarum rerum abuſu.

Hæc ſigna ab ipſis ſtatim Apoſtolorum temporibus, initiū ſumpſere. Surrexerunt enim multi pſeudoapoſtoli & falſi doctores qui aduerſus propagatam ab Apoſtolis doctrinæ cœleſtis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

veritatē, portentoſas & fanaticas opiniones, contumelioſas in Deum, ſeminauerunt in vulgus. Vt Cherinthus, Marcion, Arius, Macedonius, Neſtorius, Samoſatenus, Photinus, Eutyches, Pelagius, et ſimiles, innumeri propemodum, quorum nonnulli diuinitatē filij Dei: alij diuinitatem Spiritus ſancti & alij alios veræ doctrinæ articulos impugnantes, multos ſecum in errores pertraxêre. Subſecutum eſt regnum Antichriſti, qui titulo vicarij Chriſti contra Chriſtum clauſit & aperuit cui voluit, & doctrinam Euangelij ſuis traditionibus paulatim ita obſcurauit, contaminauit & corrupit (dum ſe Dei loco, Chriſtiano orbi adorandum obtruderet) vt non ſolum deſerto vero vitæ fonte, Romanū illum Deū plerique adorauerint: verumetiā in efficacia illuſionis (vt loquitur Apoſtolus) prolapſi fue-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

rint ad inuocationem mortuorum, & cultum lignorum & lapidum, quibus etiam aliquid ineſſe numinis cæci illorum ductores tradidêre. Atq; hanc horrendam idolatriam, ſignis & miraculis mendacibus (vti prædixit Dominus) confirmauerunt. Vt reuera dixerimus ante reuelatam Beſtiam Abyſſi, Romanum Antichriſtum, fuiſſe illa tempora de quibus apud Euangeliſtam inquit Dominus: Tum ſi dixerint vobis Ecce hic eſt Chriſtus, Ecce illic eſt, nolite credere. Nam alios mediatores alij monſtrabant, & ad alias ſtatuas maiora crebrioraq; fiebant miracula, & alia loca vberiores indulgentias, et plus remiſsionis peccatorum pollicebantur, quò factum eſt, vt pauciſsimi in iſtis tantis tenebris, lucem veritatis viderint, iuxta dictum Chriſti: Dabunt ſigna magna & prodigia,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

digia, ita vt in errorem inducantur, ſi fieri poſsit, etiam electi. Audiuimus interim & vidimus paſſim hoſtiles armorum congreſſus: increbeſcunt quotidie rumores & opiniones bellorum: Vagantur in omnibus gentibus peſtilentiæ, fames, & ſolito horribiliores terræmotus: Sanguine miniſtrorum verbi Dei vt cruentas tyrannorum manus, omnes ætates viderunt, ita & adhuc ijdem perſecutionem patiuntur & odia multorum. Et quis non videt quàm furioſis odijs & perſecutionibus ſe Chriſtiani inuicem dilaniant. Vt verè dicamus refriguiſſe, imo ferè extinctam eſſe charitatem, & excreuiſſe ſcelera in immenſum. Inſonuit interim verbum Dei ab ipſis Apoſtolis eorumq́ ſucceſſoribus propagatum, in omnibus finibus terræ, in teſtimonium & admonitio-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

nem noſtri. Manifeſtatus eſt Anti-
chriſtus perſpicua Euangelij voce. no-
uimus enim, Dei beneficio, Romæ
Dominari Beſtiam, quam adorant il-
li, quorum nomina non ſunt ſcripta
in libro vitæ Agni, qui occiſus eſt
ab origine mundi. Signa vero & pro-
digia in tota natura ita frequenter col-
ludunt, vt vniuerſitati rerum rui-
nam & interitum præſagire videan-
tur. Defectibus ſolis & lunæ, ad-
mirandis Meteororum generationibus,
ac inuſitatis corporum cœleſtium con-
iũctionibus quid eſt vſitatius? quin eti-
am fatebuntur artifices, motas eſſe cœli
& luminum cœleſtium vires, & ad eã
fragilitatem et inconſtantiam adeo in-
clinari, vt maior nunc ſit quàm paulò
ante difficultas coniectandi de earum
ſignificationibus & euentibus. Ma-
ris tàm ſunt inuſitati motus, vt con-

tra

tra naturam, ſui aluei terminos transgrediatur ſæpe, ac vim continenti faciat. Quid multis moror: tremit & ruinam minatur tota mundi Machina, furit Diabolus, venturis ſuper nos calamitatibus inſultans, furunt & Impij, & magnis confuſionibus ſurſũ deorſum voluuntur res humanæ, in quibus multi dubia anxietate extabeſcunt, & metu ſuperuenientium malorum conturbantur. Sed & ſignum filij hominis in cœlo conſpicata eſt chariſsima mea Dania, anno nati in carne ſaluatoris 1560. decembris die 4. quo prope Kalundburgum in Selandia Danorum apparuit in aëre, imago filij Dei ſuſpenſi in cruce, tota, vt nobis referebant qui viderant, ſanguinolenta. narratur idẽ etiam alibi viſum: Vnde exiſtimare auſim hîc quoq; prophetiam Domini adimpletam

eſſe

eſſe. Niſi forte ante conſpectum ſuum, quemadmodum ex veteribus nonnulli prophetiam interpretantur, ſignum crucis miniſterio angelorum, adueniens Dominus deferri velit, & id ſigni, quod ex prædictis ſolum deſiderauimus hactenus, aduentum ſuum immediatè præcedere. Reliquorum omnium quæ diem illum præcurſura ſigna prædicebantur, nullum eſt aliud, quod iamdudum non manifeſtè viderimus elapſum. Quod enim de ſecuritate extremorum temporum poſterius dicitur, ad noſtram hanc ætatem ita hodie congruit, vt verius furioſam, quàm immoderatam vel cæcam, eſſe hominum in omni ſcelere ſecuritatem & indulgentiam, dixerimus. Quocirca infallibili conſequentia concludimus, in foribus iam eſſe finem mundi, qui nobis iſtiuſmodi præcurſoribus denunciatur

ciatur

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

-riatur à Deo, dicente filio: Cum vide-
ritis hæc fieri, ſcitote quia prope eſt re-
gnum Dei. Enimuero vt hoc om-
nino intelligatur in hac profundiſſima
mundi ſecuritate, non deſinit benig-
niſſimus Deus nos porrò, viſibilibus
cœli, elementaris regionis aëris, Maris
terræ, adeoq́; omnium partium naturæ
concionibus, frequenter commoneface-
re, ſignis videlicet & prodigÿs quæ
nobis quotidie ob oculos in omnibus
mundi angulis cateruatim colludunt,
excitata non rarò præter naturam, im-
mediata bonorum vel malorum Spiri-
tuum opera. Vſq́; adeo, vt ſingulæ
ferè totius creaturæ partes, irati con-
ditoris vultum referant. Quæ quidem
omnia, quem non concutiant affecti-
bus, nec ad fidem venturi ſtatim iudi-
cÿ adducant, eum vel mente captum
vel à Sathana planè excæcatum eſſe,

nemo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

nemo dubitabit. alioquin enim à rectæ rationis vſu nemo tam eſſe poteſt alienus, quin ex his quæ diximus rerum omnium inuſitatis motibus, facilè colligat imminentem mundi finem. Qui ſi forſitan vltra noſtram, qui hodie viuimus, ætatem ſe porrigat, eueſtigiò tamen ſubſecuturum eſſe certiſsimis argumentis conuincitur, vt ſibi nemo longiuſculam aduentus Domini moram polliceri debeat vel poſsit. Imo vero quia hæc ſigna aduentum ſuum mox ſubſecuturum eſſe manifeſtè Dominus affirmet, ea autem iamdudum tranſyſſe perſpicuum ſit, nullo amplius momento temporis tuti eſſe poſſumus, quo dies Domini & finis rerum non ſit expectandus.

Quo igitur conſilio, inſtantis illius Diei pericula præueniemus, et dubiam

aduentus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

aduentus Domini horam tutò expe-
ctabimus? poſtulat ordo vt id nunc no-
ſtra oratione explicetur.

Primum verò omnium, ex animis
noſtris extirpari funditus velim illam
multitudinis prophanam opinionem,
qua fingunt alios, quicquid agant, ne-
ceſſariò ſaluari, alios verò æterno de-
creto, fatoq́; plane ſtoico, ita circũſcri-
ptos vt quoquo ſe verterint, peccatum
& maledictionem nequeant effugere:
ſiquidẽ hæc pernicioſa bonis moribus
perſuaſio, impiam multorum ſecurita-
tem confirmat, dubitationem de gratia
Dei alit, & in deſperationem inducit.
Cum enim alij ſe opinantur neceſſariò
deſtinatos eſſe vitæ & ſaluti ab æter-
no, ac ne quidem vllis quãtũuis horren-
dis ſceleribus excutere fidem, nec amit
tere ſpiritũ ſanctum, vt quidã tradũt,
confidentius

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

confidentius in delictis commorantur. & carnis voluptatibus obtemperant, idq́; non iniuria, cum ſine omni ſuæ ſalutis & pietatis diſpendio, agere, ſcilicet, liceat quicquid libitum eſt. *Alij* vero omnem ſalutis curam et ſtudium, prorſus abijciunt, ac ſe fatali neceſſitati & præuidentiæ Dei (vt aiunt) totos commendant, cui quicquid committunt ſceleris, acceptum referunt. Sunt etiam qui mox in deſperationem ruunt, ac non modo curam, ſed & ſpem ſalutis omnem ſibi præſcindunt ipſis, dum cogitant ſe ineuitabili neceſſitate ad interitum vrgeri, ideoq́; conditos, vt peccent et pereãt. Talis erat Petrus Iloſuanus Vngarus, qui ſibi ante biennium, in hunc errorem illapſus, vitam laqueo finiuit, ſcripto, quod in menſa ad quam ſe ſtrangulauit, reliquerat, facti rationem hanc reddens, quòd ni-

mirum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

nirum ſenſerit ſe ex numero electo-
rum Dei ſcluſum eſſe, & æterno
Dei decreto ad infernum detru-
di. Neq́ vero Eccle-
ſiæ ſolum exitioſa eſt hæc peſtis, ve-
rumetiam in Deum contumelioſa, iu-
ſticiæ, miſericordiæ & promiſſionibus
diuinis bellum facit, ac totam doctri-
nam de pœnitentia euertit. Quid enim
ſanctiſsimum nomen Dei magis ob-
ſcurat & contaminat, quàm eum pec-
cati authorem & cauſam propriam
fingere, qui in alios transfert culpam,
quam ab æterno fieri decreuit? Id au-
tem eos facere, qui omnia ſcelera vt
fierent, ab æterno voluiſſe Deum &
prædeſtinaſſe affirmant, perſpicuum
ſatis attendenti eſt. Nam ſi nihil
in rebus humanis contingat, quod ab
æterno Deus non decreuerit: (vt illi
volunt) certè etiam peccata ex decre-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

to Dei neceſſariò euenire, neceſſe eſt. quo conſtituto efficitur & illud, vt qui decreuit, voluit & determinauit vt peccatũ non poſſet non fieri, is peccati vera & propria cauſa ſit: quod ſummæ bonitati Deo, qui nec voluit, nec approbauit, nec iuuit vnquam nedum decreuit peccati actionẽ, tribuere, ſũma blaſphemia eſt. Quin etiam, quia conſtat Deũ ſeriò iraſci peccatis & ſeueriſsimè punire: neminem autem, niſi qui decernendo forte errauit, proprijs decretis inimicum eſſe: conſequitur Deum peccata non decreuiſſe. At vero tanta eſt, iniquiunt, bonitas Dei, vt etiamſi ea decreuerit fieri, ad illuſtrandam vt miſericordiam in alijs gratuitò ſaluandis: ita iuſticiam iu alijs ob peccata condemnandis, à peccati tamẽ cauſa longè abſit. Sed non eſt imaginaria Dei bonitas, Vult etiam eam à

creatura

creatura rationali intelligi, ideoq; manifeſtiſsimis rationibus inde vſq; ab initio, demonſtrauit ſe horribiliter odiſſe et auerſari peccatum. Et quæ queſo inſania eſt, exiſtimare ſummam bonitatē mala decreuiſſe vt eueniant bona. quaſi vero nullum aliud eſſet Deo declarandæ iuſticiæ ſuæ medium, niſi ſumma illa bonitas & miſericordia, ſibi ipſi cauſa iræ foret, & quos æterno decreto ſuo in malitiam compulit, eos ob malitiam perderet, Næ illi egregij ſunt diuinæ iuſticiæ patroni. Deniq; ſi non vult Deus omnes quos vocat, venire ad nuptias filij & ſaluari, imo vero ſi eorum nonnullos æterno decreto prohibuit ne venirent, quo iure tam vehementer iraſcitur non venientibus? & omnem condemnationis cauſam, in neglectæ vocationis ſolam culpam transfert? Cur

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

inuitat quos venire nolit, atq; id iuſtiſsimus, veriſsimus, optimus, benigniſsimus & ab omni ſimulatione remotiſsimus Deus in ſe recipit, quod ne quidem homo ingenuus in ſe admitteret, vt is ſit, quem ſe putari nolit? Ideo ne fortaſſe (vt ſolent qui amicitias ſimulant) vt occultam voluntatem & decretum ſuum (horreo dicere) ſimulatæ vocationis prætextu tegat, & quos venire ſecretò prohibuit, quòd non venerint, iuſtè videatur perdere? Meridiana autem luce clarius eſt, Deum non ludere ſimulationibus, non decipere, non ſecreto diſſentire à verbo ſuo per filium reuelato, non temerè iraſci peccatis, ac iuſtiſsimè punire delicta æternis ſupplicijs. Vult igitur omnes venire quos vocat, omnes audire miſſum à ſe filium, & ſaluari, nec quēquam æterni decreti neceſsitate in peccatum

catum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

catum compellit, vt eleganter Auguſtinus ad Proſperum & Hilarium, Hæc, inquit, regula inconcuſſè tenenda eſt: peccatores in peccatis præſcitos eſſe, non præparatos: pœnam autem eſſe præparatam. Et fulgentius: non præparauit Deus iniquos ad iuſticiam amittendam, quia prauitatis præparator nunquam fuit: ſed præparauit vt diuina æquitas redderet, quod humana iniquitas admitteret.

Porrò pugnare etiam hanc opinionem diximus, cum miſericordia Dei. Ea enim tàm opulentè effuſa eſt in omnia opera eius, vt eorum nullum ſit, cui non immenſa gratia & miſericordia creationis opere ſit præſtita. Vidit enim Dominus omnia quæ fecerat & erant valde bona. Et enim vt pro inſtituto noſtro, de ſolo homine

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

dicamus, expreſſè dicitur hoc conſilium, hic finis creationis hominis Deo fuiſſe, vt eum ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, ſapientem, iuſtum, bonum, veracem, liberū formaret, qui in vera iuſticia ſe agnoſceret, & perpetua obedientia celebraret. Faciamus inquit, hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Hominis vocabulo, totam naturam humanam, cum omnibus indiuiduis intelligens, nihil enim odit eorum quæ condidit, Sapient: 11.

Si ergò creatio eſt opus miſericordiæ in omnes creaturas, vt reuera eſt: & homo ad imaginem Dei, iuſticiam, ſapientiam, cognitionem Dei et ſanctitatē veram vt Ephe: 4 dicitur, eſt conditus: miſericordiam Dei fœdè infamant & lacerant, qui aſſeuerant eum

æterno

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

æterno decreto, vlli creaturæ ſuæ miſericordiã denegaſſe, & in eũ finem quoſdam condidiſſe vt in peccata prolabantur & pereant. Id enim eſſet hominem formare ad imaginem & ſimilitudinem Sathanæ. Eodem planè modo & vniuerſalis eſt miſericordia Redemptionis, cum enim totum genus noſtrum in Adamo excidiſſet originali gratia, Deus memor inexhauſtæ miſericordiæ ſuæ propter Mediatorẽ, quem arcano et inenarrabili conſilio cõſtituerat filium vnigenitum, offerentem ſe ſatisfactionem & λύτρον pro nobis, in Adamo omnes recepit in gratiam: et filium in noſtras miſerias & mortem demerſit, non pro aliqua humani generis parte, ſed pro peccatis totius mundi, vt teſtatur ſcriptura. Ideoq́; veniens in mundum filius Dei omnes vocat, Venite ad me omnes qui la-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

boratis & onerati eſtis, atq; hanc ardentiſsimam voluntatem miſericordiæ æterni patris, erga eos etiam qui perierunt, profuſis lacrymis cum gemitu ſuper impœnitentes Ieruſolymitanos euidenter oſtendit: Ieruſalem Ieruſalem inquiens, quoties volui te congregare, vt gallina pullos ſuos, & noluiſti. Deplorat enim filius Dei, ſuſpirat & ingemiſcit non electos ſuos, ſed eos qui tempus viſitationis ſuæ non cognouerant ac præcipites in interitum ruerant. Eos inquam, ſe ardentiſsimo pectore voluiſſe congregare ſub alis miſericordiæ ſuæ, & in vitam æternam refocillare, voce et lacrymis teſtatur ipſa æterni patris veritas. Quare qui eũ arcana voluntate contrariũ voluiſſe et ab æterno decreuiſſe affirmant, ij lacrymas filij Dei & miſericordiam diuinam horribili blaſphemia grauant.

Teſtan-

Teſtantur idipſum ampliſsimæ promiſsiones diuinæ, quarum paucas è magna multitudine in medium aduocabimus. Iſa: 1. dicitur, Lauamini, mundi eſtote, auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis, & venite & arguite me, dicit Dominus. Et cap: 53 Omnes nos quaſi oues errauimus, & poſuit Dominus ſuper eum omnes iniquitates noſtras. Et cap: 61 inquit Meſſias, ſe miſſum eſſe vt conſoletur omnes lugentes. Ieremiæ 26 ad prophetam inquit Dominus: Noli ſubtrahere verbum, ſi fortè audiant & conuertantur vnusquisq; à via ſua mala, & pœniteat me mali quod cogito facere eis. Item ſi pœnitentiam egerit gens illa à malo quod locutus ſum aduerſus eam, agam & Ego pœnitentiam ſuper malo quod cogitaui vt facerem ei. Ezech: 33. Vi=

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

uo Ego dicit Dominus: Nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat. Rom: 11. Concluſit Deus omnes ſub inobedientiam vt omnium miſereatur. Item, venit in mundum filius hominis vt ſeruaret quod perierat. omnes autem perieramus. Et Iohan: 3. Sic Deus dilexit mundum vt filium ſuum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum non pereat. Non enim miſit Deus filium ſuum in mundum vt condemnet mundum, ſed vt ſeruetur mundus per eum. Mundus inquit, non pars Mundi. Hæ & ſimiles ſententiæ paßim obuiæ in ſacris literis, ſatis oſtendunt vniuerſalem eſſe promiſſionem gratiæ: velle Deũ vt omnes audiant mißum Mediatorem, & conuertantur, iuxta illud: Deus vult omnes ad pœnitentiam reuerti & neminem perire. Item Conuertimini & agite

pœni-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

pœnitentiam et non erit vobis in ruinã
iniquitas. Declarantur hæc illuſtri
Niniuitarum exemplo, quibus etſi poſt
40 dies interitum & deletionem fuiſ-
ſet Dominus cõminatus, admiranda di
ſpenſatione diuina contingit miſericor-
dia agentibus pœnitentiam vt Ionæ 3.
dicitur: Miſertus Dominus ſuper ma-
lo quod locutus fuerat vt faceret eis
& non fecit : ineffabilem ſuam miſe-
ricordiam hoc exemplo omnibus pec-
catoribus commendans. quapropter &
Chriſtus Matt: 12 inquit, futuros ex-
tremo die impœnitentium Iudeorum
iudices Niniuitas, quòd hi eodem mo-
nitore reſipuiſſent, illi vero in mali-
tia perſeueraſſent. Vnde facile per-
ſpicuum eſt, etiam Iudeos infideles po-
tuiſſe conuerti, nec fuiſſe æterno Dei
decreto impeditos, quo minus & illi
ſicut Niniuitæ ad prædicationem Ionæ

reſi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

reſipiſcerent. Alioquin enim Exemplum reſipiſcentiæ Niniuitarum, ipſis iniuria in iudicio obijceretur.

Quin & ridiculum ſpectaculum erit prædicatio pœnitentiæ, ſi quidam neceſſariò, nolint velint, ſpiritum ſanctum & fidem ſemper retinent, & ſaluantur: alij eadem neceſſitate, vt fidem & ſpiritum ſanctum nunquàm habuêre, ita nec conſequuntur vnquã: ſicuti tradunt, qui furoribus ſtoicis, de fatali omnium actionum noſtrarum neceſſitate, ſunt implicati. Quod ſi ita ſe haberet, rueret hæc præcipua doctrinæ Chriſtianæ pars, de pœnitentia quã Deus omnibus ætatibus, imo omnibus hominibus voluit eſſe notiſsimã. quibus enim quæſo preciperetur conuerſio? pijs ne, qui à Deo & fide nunquam auertuntur, An impijs? Certè

Impijs,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

Impijs, hoc eſt, fide vacuis non dixerint Stoici. Nam cum illi æterno decreto ſint prohibiti ne conuertantur, ludere videretur Deus, ſi quid ipſis de Conuerſione mandaret, quos conuerti noluit. Probis igitur ſolis dicant, neceſſe eſt. At id non minus abſurdum eſt, quòd (ex eorum ſententia) hi à Deo non auertuntur vnquam nec fiunt impij. Siquidem fidem neceſſariò ſemper habent quæ ſola diſcernit inter pios & impios, efficitq; vt Deo ſemper placeant & in perpetua pœnitentia viuant. quomodo ergò conuerti iubentur, qui nunquam non ſunt conuerſi? & quomodo amiſſæ arguuntur fidei, qui fidem ſemper retinent? Nam de fide præcipuè pœnitentia præcipit. An tantum vt expergiſcatur fides piorum, quæ (ſicuti aiunt) ſceleribus contra conſcientiam interdum veluti opprimitur,

tur, re autem vera non amittitur, dormit tantum & deliteſcit. Atqui ſic pœnitentia non erit conuerſio hominis Impij ad Deum, vt copioſè ſcriptura teſtatur: ſed tantum Expergefactio dormitãtis fidei, eamq́ ob cauſam, vt mihi videre videor, nonnulli reſipiſcẽtiæ nomine libentius vtuntur quàm conuerſionis: non quòd inficiar id magis quàm pœnitentiæ verbum, reſpondere græco μετανοίας: ſed olfacere eos exiſtimem id in ſuã ſententiam citius trahi poſſe, ne ſcilicet videantur pij per peccatũ prorſus auerti à Deo, ſed vt Ebrij ad tempus tantum deſipere, nec magis fide, propter lapſus etiam atrociſsimos, quàm ob ebrietatem ratione ſpoliari, atq́ ita cum ſe conſtrictos teneri vident, eò tandem dilabuntur, vt fateantur quidem extingui & excuti fidem & ſpiritum ſanctum, non re ipſa, ſed

quod

quod ad effectus tātū attinet. Id quod
non minus ridiculum eſt, quàm ſi dice=
res ignē remanere ſine calore, vel mor=
tuum vita tantum carere, non ſpiritu
vitali. Nam qui in nobis ſpiritualem
vitam et fidem exuſcitat, ſpiritus ſan=
ctus, nunquam eſt ocioſus in electis,
quin ſuas ſemper exerat vires, iuxta
dictū, qui ſūt filij Dei, hi ducuntur ſpi=
ritu eius. Itaq; vt nullum ignē eſſe verè
dixeris, vbi nullus eſt calor: ita vbi
non ſentitur, ſpiritū Dei amiſſū eſſe re
ctè affirmaueris, extinctā et mortuam
fidem, vbi nulli ſentiuntur fidei fru=
ctus, actiones & effectus. Id autem to=
ties fit etiam in electis, quoties peccato
cōtaminatur cōſcientia Ezech:3 quū a=
uerterit ſeſe iuſtus à iuſticia ſua, et fece
rit iniquitatē, morietur in peccato ſuo
Et cap:33. Iuſtus nō poteſt viuere in iu=
ſticia ſua quo tēpore peccauerit: quibus

dictis

dictis apertè teſtatur Dominus Iuſtos, id eſt, fideles & renatos (nemo enim Iuſtus eſt niſi per fidem) lapſos in peccatum, amittere vitam ſpiritualem & iuſticiam, quæ fides eſt, & planè mori, niſi rurſus conuertantur.

Ita lapſi primi parentes, Dauid, Petrus, & multi alij amiſerunt ſpiritum ſanctum & fidem, & in peccatis perijſſent, niſi per pœnitentiam fuiſſent ad Deum conuerſi. Quemadmodum exemplo Saulis declaratur, qui & ipſe Deo placuit, iuſtus fuit, fidem & ſpiritum ſanctum habuit, vt 1 Samu: 10. patet: ſed prolapſus in peccatum, dona amittit, & perſeuerans in impœnitentia perit. Et quis diceret Idolatram Manaſſen, cum furijs plane diabolicis agitaretur aduerſus Deum, fidem habuiſſe & Spiritum ſanctum?

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

ſanctum: At is tamen conuerſus legitur & ſaluatus. Sic Nabuchodonoſor, Paulus, Magdalena, Publicanus Matthæus et innumerabiles alij iuxta iuramentum Domini: Viuo Ego Nolo mortem peccatoris. Conuertimini conuertimini & quare moriemini Domus Iſrael? Iuſticia iuſti non liberabit eum quo tempore transgreſſus fuerit, neq; impius impinget in impietate ſua, quo tempore conuerſus fuerit. Vnde perſpicuum ſatis eſt, fideles à Deo auerti, fidem amittere, & mori poſſe: rurſus infideles & impios ad Deum conuerti & ſaluari. Nec alia cauſa eſt, cur Deus interceſſione filij placatus, decretum diſpenſationis ſuæ de recipiendis per pœnitentiam reprobis & iniuſtis, in orbem terrarum euulgârit. Quin etiam doctoribus Eccleſiæ grauiſsimè comminatur niſi hoc

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

decretum pijs ſimul & impijs diligen-
ter inculcauerint: requiſiturum enim ſe ab ipſis, ſi neglectæ vocationis culpa, iuſto vel iniuſto perditionis occaſio fuerint. ſignificans iuſtum labi & perire poſſe, ediuerſò iniuſtum reſurgere in vitam. Quid igitur? Mutabilia ne ſunt, falli ne & impediri poſſunt conſilia Dei? Id enim præcipuum eſſe axioma video, vnde ſibi fatales iſtas Parcarum tabellas nonnulli fabricant. ſed atrocem Deo iniuriã faciũt, quòd quæcũq; is ex omnipotente ſua ſapiẽtia præſciuerit futura mala, ea illi cũ cõſilijs et decretis eius confundant, cum cõſtet ſummam bonitatem, nec voluiſſe, nec iuuiſſe nec approbaſſe vnquã multò minus decreuiſſe vt peccatum fieret: iuxta dicta: Non Deus volens iniquitatem tu es. Item. ex te perditio tua Iſraël, in me autem auxilium tuum, Et

Auguſtinus

Auguſtinus præſcitos eſſe inquit, non præparatos peccatores in peccatis. Diſcernenda igitur eſt præſcientia Dei, à conſilijs eius. Præuidit lapſum Adæ, Saulis, Dauidis, Pharaonis, Petri, Iudæ, Neronis & aliorum, nec tamen hac præuiſione voluntates eorum iuuit aut impulit in peccatum, nec conceſſum naturæ liberum agendi modũ ademit, quin ſe ſponte ſua à Deo auerteret contra propoſitum & voluntatẽ diuinam, & ſuæ conditionis finem. Cæterũ quæ conſilijs Dei verè annumerantur, ea immutabilia rectiſſimè dicũtur quæ nec falli, nec impediri vlla ratione poſſunt. Ea autem non omnia eodem modo ſunt determinata, alia enim decreuit ſine conditione, vt creationem et ſuſtentationem huius naturæ, miſſionẽ filij, & ſimilia quæ à ſola ſua voluntate dependent: alia cum conditione, ea nimirum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

mirum quæ præter ſuam, voluntatem quoq; humanam requirere voluit. Ita cum ad imaginem ſuam condidiſſet hominem in vera iuſticia et libertate, beatam immortalitatem ei decreuit cum conditione obedientiæ, ſi à vetito fructu abſtineret: mortem vero & maledictionem ſi ſecus faceret. Sic & immotum & immutabile conſilium Dei eſt, lapſum hominem propter Mediatorem filium recipere in gratiam, vt Ephe: 1 dicitur: Elegit nos in ipſo ante conſtitutionem mundi: prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum per Ieſum Chriſtum. Hoc conſilio vult Deus omnes homines ſaluos fieri, ſicuti iureiurando teſtatur: Viuo Ego nolo mortem peccatoris. Sed ad hoc decretum ſuum, accedere voluit hominis voluntatem, & fidei conditionem interuenire, quam niſi acceptaret ho-

mo,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

mo; fore vt æternum periret, iuxta decreti Regulam : omnis qui credit in eum non pereat, ſed habeat vitam æternam. Qui vero non credit, iam condemnatus eſt. quia non credidit in nomen vnigeniti filij Dei. Cum igitur hominis voluntati libertatem permiſerit Dominus, quæ adhuc poſt lapſum quodammodo reliqua eſt: fit, vt alij ſaluentur, alij liberè in peccatum ruant & pereant: alij fidem nunc habeant, nunc eam rurſus abijciant: & permiſſu Dei contraria voluntati & decreto eius peccata contingant, quemadmodum in lib: de Spiritu et litera ait Auguſtinus: infideles contra voluntatem Dei facere, cum eius Euangelio non credunt. Nec tamen mutari decretum Dei, nec falli aut impediri, nec omnium accidentium cauſa dicitur. Non enim decreuit vt hic non poſſit

 credere,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

credere, ille non fidem abijcere: hic non ſaluari, ille non perire: ſed decreuit vt omni credenti in Chriſtum imputetur fides in iuſticiam & ſalutem Rom: 4. rurſus, vt qui non crediderit condẽnetur, ſuum cuiq; liberum agendi modum ita permittens, vt in peccatũ vel mortem, in iuſticiam et vitam, neminem cogat. Vnde Auguſt: contra pelag: ad Bonifa: lib: 1. cap: 38 inquit. Ex Dei potentia vel in malum vel in bonum nullus inuitus cogitur, ſed Deo deſerente pro meritis in malũ iuit, et Deo adiuuante ſine meritis conuertitur ad bonum.

Itaq; non ſine horribili ſcelere vt omnium peccatorũ, ita etiam reiectionis et condemnationis Impiorũ cauſam in ſolũ decretũ Dei transferunt inimici vniuerſalis gratiæ, reclamãtibus omnibus Prophetis et apoſtolis, ac vnanimiter teſtan-

teſtãtib: ex ipſo homine, et in homine,
non in Deo eſſe reiectionis cauſã. iuxta
dictum, Ex te perditio tua Iſrael in me
autem auxilium tuum. Et Deut. 11. Ec-
ce propono in conſpectu veſtro hodie
benedictionẽ et maledictionem: benedi-
ctionẽ, ſi obedieritis mãdatis Domini
dei veſtri quæ Ego præcipio vobis ho-
die: maledictionẽ, ſi non obedieritis mã
datis Domini Dei veſtri. et cap: 30. Te
ſtes inuoco hodie cœlũ et terram, quòd
propoſuerim vobis vitam et mortẽ, be-
nedictionem et maledictionẽ. Elige er-
go vitã vt et tu viuas et ſemẽ tuum. Ita
paſſim cũ pœnis afficitur contumax po
pulus, citantur cauſæ: quia offenderunt
Dominũ Deum ſuũ: quia noluerunt o-
bedire Domino Deo ſuo, ſed indurauе-
runt ceruicẽ ſuã, et abiecerũt legittima
eius, &c 2 paralip: vltimo. Mittebat
Dominus Deus patrũ eorũ ad illos, ꝑ

 manum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

num nunciorum ſuorum de nocte con-
ſurgens & quotidie cõmonens, eo quòd
parceret populo & habitaculo ſuo. At
illi ſubſannabant nuncios Dei, & par-
uipendebant ſermones eius, donec a-
ſcenderet furor Domini in populum ei-
us & nulla eſſet curatio. Item Tota die
expandi manus meas ad populum con-
tradicentem. Sap: II. Miſereris om-
nium quia omnia potes, & diſsimulas
peccata hominum propter pœnitenti-
am. Diligis enim omnia quæ ſunt, &
nihil odiſti eorum quæ condidiſti. Eſtq́;
continua ferè quærela omnium prophe-
tarum ſuper impœnitentes, quòd dere-
liquerint Dominum, quòd indurauе-
rint facies ſuas & noluerint reuerti vt
ait Ieremias. Ita & ipſe filius Dei re-
iectionis impiorum ſolam cauſam eſſe
inquit, quòd noluerint vocanti Deo
obtemperare: quod congregari ſub alis
miſeri-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

miſericordiæ diuinæ recuſauerint, &
miſſum à Deo ſaluatorem in fide reci-
pere. Quæ cauſa expreſſè additur de-
creto diuino. Qui vero non credit iam
condemnatus eſt. quare ? quia inquit,
non credidit in nomen vnigeniti filij
Dei. Nam hæc eſt condemnatio quòd
Lux venerit in mundum, & dilexe-
runt homines magis tenebras quàm
lucem. Quin & dolorem ſuum in per-
ditione miſeræ creaturæ ſuæ, & cor æ-
terni patris erga nos oſtendit amari-
ſsimis lacrymis, quibus excæcatæ Iu-
daicæ gentis interitum proſequitur.
quemadmodum aliàs gaudium eſſe te-
ſtatur in conſpectu Dei & ſanctorum
angelorum, in conuerſione vnius pec-
catoris, magis quàm ſuper nonaginta
nouem iuſtos, qui non indigent pœni-
tentia.

Dementia igitur fuerit, ab hac

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

reuelata in filio ardentiſſima beneuolē-
tia et ſtudio Dei erga omnes homines,
confirmata tot prophetarum oraculis,
mentes conuertere ad curioſas diſputa-
tiones de præſciētia Dei. Nec ſine inſi-
gni impietate ſcrupuloſas imaginatio-
nes noſtras, vnumq́ et alterum obſcuri-
us ſcripturæ dictū, tot tamq́ perſpicu-
is teſtimonijs oppoſuerimus. quanta eſt
enim iniuria imo blaſphemia, ratiocina
ri Deum ideo peccata efficere, cōtradi-
ctorias voluntates habere, ac æterno de
creto quibusdā miſericordiā denegare,
quòd ſacrarū literarū phraſi dicatur in
durare quem velit: Notū enim eſt, ſcri-
pturæ quodam more, etiam ea Deo tri-
bui, quæ fieri tantum permittit, quæq́
fieri ſolent vbi nec impedit, nec mutat,
nec cogit efficaci voluntate vt cōtrari-
um fiat. Ita obdurare dicitur cor pha-
raonis, quòd iuſto ſuo iudicio contu-

macem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

macem Pharaonis animum, quem nulla miracula flectere poterant, ſinit indureſcere, & nec mutat, nec emollit. nihilominus Pharao ſibi ipſi propria indurationis cauſa eſt, quæ ipſi 1 Sam. 6. expreſſe tribuitur. Sic 2. Sam: vltimo dicitur furor domini incitaſſe Dauidem vt numeraret populũ, quod ipſũ 1 paralip: 21 Sathanæ tribuitur, quia nimirum iratus Dominus permiſit eum à Sathana commoueri in peccatum: Huc congruit illud Auguſtini: Deus non indurat impartiendo malitiam, ſed indurat non impartiendo gratiam. Cum igitur Deus non aliter hominem induret, quàm deſerendo ſinat eũ propter peccatum indureſcere: homo autem ſponte ſua per peccatum ſe liberè à Deo auertat, & deſertionis efficacem cauſam præbeat: ſequitur, non Deum ſed hominem ſibi ipſi propriam

indu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

indurationis cauſam eſſe. Ideoq; exhortatur ſpiritus ſanctus in Pſal: ne vocati à Deo obduremus corda noſtra. Quemadmodum Pharao ad pœnitentiam & obedientiam erga Deum vocatus multis miraculis, cor ſuum aggrauauit.

Nec minus importunè opponitur nobis ex 9 cap: Rom: Exemplum Iacob & Eſau, contra ſententiam Apoſtoli, cui cum hic ſcopus eſſet, vt oſtenderet iuſtificationem, homini contingere ex ſola miſericordia Dei, per fidem in Chriſtum ſine omni conditione perſonarum & nationum: occurrit opinioni eorum qui Eccleſiam, iuſticiam & ſalutem ad carnalem propagationem & ordinariam ſucceſſionem ſeminis alligabant, oſtendens, vt ex vno eodemq; parente natos, hunc reprobari,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

ri, illum eligi: ita ex vna eademq́ generis humani maſſa hos ſaluari, illos condemnari. Quòd nimirum ex gratia gratuita Dei, non ex ordine ſucceſsionum vel meritis noſtris pendeat iuſticia & vita. cum omnes ex eodem prognati in peccatis, ſimus indigni miſericordia Dei, huc allegat ſcripturæ dictum: Miſereor cuius miſereor, id eſt, cuicunq́ contingunt beneficia mea, iuſticia, ſalus & vita, ei ſunt miſericordia non meritum. Interim tamen non transfert Apoſtolus reiectionis cauſam ab homine, in Deum. Imò vero diſertè affirmat, reprobos ob contumaciam & incredulitatem reiectos eſſe, Iſaiæ teſtimonio: Tota die expandi manus meas ad populum non credentem ſed contradicentem mihi. & paulò pòſt inquit, propter incredulitatem fracti ſunt, tu autem fide ſtas, noli al-

tum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

tum ſapere ſed time. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat. Vide ergo bonitatem & ſeueritatem Dei: in eos quidem qui ceciderunt, ſeueritatem: in te autem bonitatem, ſi permanſeris in bonitate, alioquin & tu excideris: ſed & illi ſi non permanſerint in incredulitate, inſerentur. Ex quibus perſpicuum eſt, Apoſtolum non voluiſſe, hominis voluntatem vt truncum, coactam trahi à Deo ſiue in mortem ſiue vitam. neq; certos quoſdam decreto Dei prohiberi ne credant. Exhortatur enim vt qui in fide ſunt, cautè ambulent: poſſe enim eos niſi in fide permanſerint, gratia excidere ac è numero electorum excindi. Quemadmodum & qui propter incredulitatem exciſi ſunt, rurſus implantari, ſi diffidentiam abiecerint. vt enim ſeueritas iuſticiæ di-

uinæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

uinæ omnes contumaces & incredulos reijcit: ita bonitas Dei omnes credentes in filium, propter filium recipit in poſſeſſionem vitæ æternæ. ac vt hos ex ſola miſericordia ſaluat, ita illos ob ſolam incredulitatem damnat.

Remotis itaq́ delirijs Stoicis, audiamus & exoſculemur filium, vt omnium Prophetarum & Apoſtolorum ſuorum vocibus, ita ſuo quoq́ gemitu & lacrymis teſtificantem, hanc eſſe æterni patris voluntatem, vt omnes ad pœnitentiam veniant et nemo pereat.

Quæ cum ita ſint, citra controuerſiã eſt, diuinam miſericordiam, hiſce dieb: & annis nouiſſimis, vt ſeueriſſimè uerbo ſuo, prodigijs et ſignis nos admonet, ita ardentiſſimè pœnitentiam noſtram cupere & expectare. Ideoq́ diuitias longanimitatis ſuæ tàm opulente

in

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

in nos effundit, & furias noſtras (quos meritò in infernum viuos olim deturbaſſet) tanta lenitate tolerat. Cauendum igitur diligenter et prouidendum eſt, ne patentem omnibus pœnitentibus miſericordiæ cœleſtis ianuam, noſtra nobis incuria occludat. Neq; patiamur ſpinoſis diſputationibus particularitatis, vniuerſalem gratiæ promißionē nobis extorqueri, cum illa neminem niſi qui ſeipſum ſponte ſua contumaciter excluſerit, miſericordiam denegat: ac ne huic quidem, ſi maturè in vera pœnitentia inexhauſtam Dei bonitatem rurſus implorauerit. Sed nec minor danda eſt opera, vt ſeueritatem diuinam, in omnes qui conceſſum gratiæ tempus vel negligunt vel contemnunt, ac præſentium temporum pericula penitus cognoſcamus. Id enim vt ſecuritatem carnalem excuſſe-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

rit, ita diligentiam exuſcitat eò maio-
rem, quò intelligimus plura, noſtræ con
uerſioni impedimenta prætendi à Dia
bolo, & cum maiore periculo res no-
ſtras coniunctas eſſe, ſi impediamur.
Moram enim vindictæ, grauitate pœ-
næ Dominus pro ſua iuſticia omnino
recompenſabit. Enimuero licet om-
nibus quidem ætatibus, propter rebel-
lionem viciatæ naturæ, anguſta fuerit
via quæ ducit in vitam: certum ta-
men eſt in hac extrema extremorum
temporum malitia, multò laborare nos
difficilius, quòd & Diaboli furor in
nos, & noſtræ maior ſit naturæ infir-
mitas, ac omnis generis ſcelerum mul-
tò frequentior vſus. Quo fit, vt &
ipſi pij, corruptiſſima impiorum con-
ſuetudine & exemplis, ſæpe in pecca-
tum protrahantur, ac in ſecuritatem
ſenſim inuitentur, non ſine inſigni pie-
M tatis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

tatis & fidei periculo, Quocirca non minor ipſis conſeruandæ, quàm impijs conſequendæ pietatis cura eſt habenda. proinde videamus qua ratione prudenter vita inſtituenda ſit, vt parati ſemper & intenti ſimus in aduentum Domini, ne nos Dies illa inopinantes obruat.

Chriſtus rogatus à diſcipulis diem aduentus ſui ad iudicium, poſtquam de ſignis diem illum præcurſuris & temporum nouiſsimorum difficultatibus prolixè dixiſſet, ſapienter moderandæ vitæ conſilium inſtituit: quo incertitudinem diei & quaſlibet moleſtias & pericula temporum à ſuis anticipari velit. Id autem non incommodè bipartitò diuiſerimus, ut Vna pars quæ fieri: Altera quæ caueri Dominus mandauerit, cõtineat. De illa lucæ 12 ſic inquit, ſint lumbi veſtri præcincti et lucernæ accẽ

ſæ

ſæ & vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum quando reuertatur à nuptijs Eſtote parati quia qua hora nõ putatis, filius hominis veniet: Beati ſerui illi, quos cũ venerit Dominus inuenerit vigilantes.

Hac parænesi vult primum omnium coërceri præcingiq́ omnes affectus et deſideria carnis, quæ inimicitia ſunt aduerſus Deum. quemadmodum enim homines induſtrij fluxum veſtium ſuccinctè colligunt, vt promptiores et expediti magis ſint in opera neceſſaria: ita his qui in negocio ſalutis verſantur aut verſaturi ſunt, diligenter eſt proſpiciendum ne laxitate, fluxu & mollitie carnis impediantur in opere ſpirituali. ſiquidem omnium ſanctorum experientijs certũ eſt, delitijs carnalium affectuum ſæpe fatigari ſpiri-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

tum noſtrum & impediri inuocatio-
nem, etſi nos illi non vincant. Quod ſi
vero diligentia ſpirituali non frenen-
tur, & vincant: fidem prorſus extin-
guunt & ſpiritum ſanctum excutiunt.
Idq́; quoties voluntariè conſcientiam
peccato contaminamus. Non enim
eſt quòd ſibi quiſquàm, quandiu in ſce-
lere voluntario verſabitur, fidem &
pietatem imaginetur (quæ nunc ſanè
peſtis eſt in orbe Chriſtiano maxima)
niſi abiecto omni propoſito peccandi in
vera pœnitentia ad Deum redeat. Pri-
ma igitur cura nobis hæc eſto, vt car-
nis imperium planè excutiamus, lapſus
voluntarios, vt veræ pietatis nocenti-
ſsimam peſtem cautè vitemus. Tum
vero ſi humana forte fragilitate victi,
peccato conſcientiam leſerimus, vt
quàm citiſsimè ita reſurgamus, ne vl-
lum in nobis remaneat peccati propoſi-
tum,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

tum, ſed eiusdem ardens odium & fuga. Vt in nobis per verbum efficax ſit ſpiritus Dei, qui vt per peccatum amittitur, ita peccati propoſitum abhorret, nec vllam in nobis virtutem exercet, donec id è cordibus radicitus euellamus.

Poſtquam vero diligente morum diſciplina carnem cinxerimus, proximum eſſe vult Dominus, vt inſtructi paratiq́; ſemper ſimus quacunq́; vigilia aduenientem Dominum ſuſcipere Quandoquidem rerum noſtrarum hæc eſt inconſtantia, & mortis hora ita dubia incertaq́;, vt nihil periculoſius ſit, quàm in eo vitæ ſtatu vel minutiſsimum momentum viuere, in quo piè nequeas mori. Conſiſtit autem hic paratus et inſtructio noſtri, in vera pœnitentia, in qua virtute ſpiritus ſan-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

cti, per verbū accenditur fides quæ ve-
ro Dei timore et amore, charitate pro-
ximi, & perpetuo peccati odio ardet.
Eſtq́ hæc verè lucerna ardens & ac-
cenſa, quæ non ſinit in peccatis et mor-
te nos obdormiſcere, quam diu retinea-
tur. Nam cum verbum Dei & veram
lucem Ieſum Chriſtum ſemper intue-
atur, venire Dominus non poterit
quin ea aduenientem obſeruet. Lux e-
tiam cum ſit ſpiritus ſancti lumine ac-
cenſa, tenebras, hoc eſt, peccata auer-
ſatur, & vt venenum lucem ſuam ex-
tinguens, odit. nec enim fieri poterit
vt qui Chriſtum verè amat & vſq́
intuetur, peccatum diligat. Cum
autem vniuerſale ſit hoc præparatio-
nis mandatum, & prædicatio conuer-
ſionis ad omnes pertineat: omnis omni-
um noſtrum impendenda hic eſt opera,
vt verè conuertamur, & verè accen-

ſas

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

ſas habeamus lucernas, cauendumq́; ne
inanis fidei opinione nobiſipſis adblan
diamur, exemplo eorum qui fucata tã-
tum cõuerſionis larua cum Deo ludũt,
ſatis eſſe arbitrati ſi ſemeſtrem impie-
tatem, octiduanæ hypocriſis lenocinio
exornauerint, quorum damnatio iuſta
eſt. Nam cum hi ſpeciem tantum pie-
tatis habeant nec ſeria ſuæ ſalutis af-
ficiantur cura, vt qui deſideria car-
nis magis quàm Deum venerentur &
ament: permiſſu Dei magis magisq́;
in impietate proficiunt & obdureſ-
cunt, & cooperante Diabolo paulatim
merguntur in mentem reprobam, fi-
untq́; nouiſſima eorum peiora priori-
bus, etiamſi ad momentaneam pie-
tatem interdum recurrant, & Sa-
cramentis Eccleſiæ in externo pio-
rum cœtu ſe ornent ac fidem ſimu-
lent. Deſcendamus igitur in noſmet-

 ipſos,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

ipſos, & nobiſcum habitemus propriæ conuerſionis diligentes exploratores. quæ ſi talis ſit vt agnitione iræ Dei aduerſus peccata expaueſcamus ex animo, erigamur autem acquieſcentes cum leticia in Mediatore, & ſubijciamus nos Deo in veræ obedientiæ propoſito: citra controuerſiam eſt, inchoatam in nobis pœnitentiam & fidei lucem accenſam eſſe. nos quoq; paratos eſſe, quoad vſq; in illa integritate permanſerimus: quod ſi vero eiuſcemodi motus timoris & amoris Dei ac propoſitum obedientiæ iuxta omnia præcepta diuina, in nobis non inuenerimus: indubitatò ſtatuendum eſt, nos adhuc in tenebris imparatos periculoſè verſari, facturi Chriſtiani hominis officium, & operæ maximum precium, ſi omnes curas cogitationesq; noſtras in veram pœnitentiam maturè conuerterimus.

Ter-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

Tertio, ad imperium ſuum ita paratis, vti diximus, præcipit Dominus Vigilantiam, hoc eſt, diligentiam Chriſtianam in conſeruanda veræ pietatis profeßione, contra omnes inimicorum inſultus. Cum enim vigilantißimos hoſtes habeamus, carnem propriam, mundum & Diabolum principem in omnes occaſiones intentißimum, non mediocris fuerit diligentiæ vndiquaq; cauere, necubi dolo aut arte nos inopinantes adoriantur et ſtationem noſtram interturbent, quam ita tueri nos vult Dominus, vt ne qua oriatur vel occidat hora, qua veniens non poſſit nos eam acriter propugnantes inuenire. Quæ ſi noſtra non fuerit diligentia: veniensq; dormientes nos aut ſtationem deſerentes compererit, poſiturus erit partem noſtram cum hypocritis vbi erit fletus & ſtridor dentium.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

tium, ſolos etenim eos ſeruos ſui trium-
phi & beatitudinis participes faciet,
quos in aduentu ſuo habuerit vigilan-
tes. Verum enim, quia omnis ferè
Diaboli ars, aſtucia & dolus præci-
puus eſt in excitando aduerſum nos
domeſtico illo hoſte, quem circumfe-
rimus carnem noſtram: collocanda
hîc erunt præſidia ex conſilio Domini
Ieiunium & oratio. quorum illud rebel-
lionem carnis frenat & in ſeruitutem
redigit, vt hæc contra reliquos om-
nes circumquaq; ingruentes hoſtes ar-
dentius agat. Ita Apoſtolus ſe cor-
pus ſuum in ſeruitutem redigere affir-
mat, abſq; dubio, vt ſpirituali, ita cor-
porali quoq; cibi & potus abſtinentia,
ne caro ſaginata ferociret et contra ſpi-
ritum tumultuaretur. Eamq; ob cau-
ſam paſſim, ſancti Dei homines ieiu-
nium & caſtam moderationem dietæ
vehe-

vehementer commendant. qui cum in illa integriore ætate maximis donis ornati à Deo, opus haberent etiã ieiunijs carnem compeſcere, facilè perſpicuum eſt, quanto hoc magis requirat hæc languida natura noſtra, qui in hanc corruptiſsimam vltimorum ſeculorum tẽpeſtatem incidimus.

Ante omnia vero diligenter prouidendum eſt, ne quando orationis tedio afficiamur & ceſſet oratio, quæ vt omnes inimicorum inſultus acriter auertit, ita fidem interdum laborantem erigit, confirmat, auget & cœleſtium Spirituum copias auxiliares à Deo impetrat, qui nos, ne in peccatum prolabamur ſæpè immediatè ſuſtinent. Quin & eũ fidelis orationis fructum non r[illegible]o experimur, quòd et ſalutares no[illegible]orum conſiliorum euentus

faciat

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

faciat, & ærumnas in quibus propter peccatum ſæpe hæremus, mitiget. Ediuerſò autem ſi vel Diaboli aſtu, qui orationem miris artibus interturbare indefeſſè laborat: vel carnis ſegnitie interdum paululum remittatur orationis opus, ſentimus repente langueſcere fidem, accreſcere ſecuritatem, multiplices oriri dubitationes de Deo, rebellare carnem, & omnes vias inuadendi nos, Diabolo patefieri, ac in peccatum et impietatem de die in diem paulatim abduci, vt non niſi maxima difficultate nobis ad priſtinam integritatem pateat regreſſus. Multis etiam, qui ſibi maturè nō cauent, occluduntur viæ, & in finalem impœnitentiam & deſperationem tandem ruunt. Author igitur nobis eſt filius Dei, cui cura eſt de nobis, vt in ardenti inuocatione ſemper vigilemus. quemadmodum &

alibi

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

alibi dicitur. Oportet ſemper orare &
non defatigari, nec ſuccumbere mole-
ſtijs quas orationi inuigilantes ſuſtine-
mus. Poſitis hoc pacto præſidijs,
etiam hæc vigilantiæ Chriſtianæ fue-
rit prudentia, vt quoniam homines,
hoc eſt, natura peccatores ſumus, &
ſæpenumero oriantur in animis noſtris
incendia prauorum affectuum, odio-
rum, libidinum, aliarumq́ volupta-
tum, quæ ad deuaſtanda caſtra Chri-
ſtiana mittuntur ab hoſtibus, ſtatim
exorta reſtinguamus & naſcentis ig-
nis occurramus initijs. Nam ſi volun-
tariè aluerimus incendia, dubium non
erit, quin pietatem & fidem ſint de-
uaſtatura. Quomodo non rarò experi-
untur pij, ex tenuiſsimis initijs affectu-
um, quæ in cogitationem recipiuntur,
oriri maximas turbas. Nam etſi qui-
dem initiò blandè nos adoriantur &
per-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

perſuadendo tantum in peccatum conentur attrahere: ſi tamen aliquandiu intra parietes foueantur, acquiſitis viribus violenter nos ſecum abripiunt. Quoties igitur cunq; eiusmodi inordinatos motus in animis oriri ſenſerimus, abſq; omni dubio, miſſos ſuggeſtione Diaboli ad ſtruendas inſidias animabus noſtris: maturè, vt ipſiſſima Sathanæ ignita tela eos excutiamus, ne ſi radices in cordibus noſtris egerint, fructus ferant pietati exitioſos. atq; hactenus de his quæ fieri Dominus præcipit: nunc quæ caueri velit attendamus.

Primum vero incluſum habet vigilantiæ præceptũ, ſecuritatis & negligentiæ prohibitionem. Nam cum maxima nos vndiq; circũſtent pericula, & hoſtiũ ut accuratiſſima ita indefeſſa ſit

vi-

vigilantia, rebus Chriſtianis nulla eſt alia nocentior peſtis, nullũ profeſſioni maius probrum, quàm ſe in turpẽ negligentiã conijcere ſecurum, qui mos mũdo ſemper vſitatiſſimus, artificio et ſingulari ſtratagemate Diaboli tantò fit vſitatior, quãto viciniora maioraq́; impendent mala. hanc itaq́; peſtem cũ omnipotens Chriſti ſapientia præuideret ſub exitum ſeculi huius furioſè graſſaturam eſſe, nihil ita ſuis in perpetuum fidelibus fugiendum commendauit. Etſi enim prætereamus quàm ſint omnibus hoſtium incurſionibus expoſiti, & ſine omni negocio facillimè circumueniantur, ac in peccatum & mortem conijciantur à Diabolo qui in ſecuritate carnali, vel excubias pietatis remiſſius agunt, vel pœnitentiam differunt: tamen & hoc certum eſt, ſecuritatem à Deo cæcitate puniri, cũ

tempus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

tempus viſitationis noſtræ non agnoſcimus, vel agnitum oſcitanter negligimus, vt videntes poſtea non videamus, & audientes non intelligamus. Ita hodie puniri quàm plurimos, manifeſtum eſt, quorum licet vtraq; auris, quotidianis miniſtrorum verbi clamoribus, et totius creaturæ gemitu concutiatur, oculi nil niſi mirandas rerum confuſiones, ſtupenda prodigia & ſigna intueantur, ita tamen nec audiunt nec vident, quin pertinaci quadam ſecuritate in peccatis perſeuerent. Nec vero dubium eſt, quin ijdem condemnationem mereantur longè horribiliorem, et pœnas multò atrociores, quàm ſi non fuiſſent ea diligentia toties ad pœnitentiam inuitati. ſeruus enim ſciens voluntatem Domini & non faciens, vapulabit plagis multis. Quocirca non exiſtimabunt, quicunq; præſentem

lon-

longanimitatem & diuitias bonitatis & patientiæ Dei vel negligunt vel contemnunt, quòd effugituri ſint iudicium eius, cúm tolerabilius futurum erit in iudicio, ijs qui ſulphure & igne cœlitus miſſo, in gehennam viui ſunt olim demerſi, quàm eiuſmodi alaſtoribus, qui tot Prophetarum, Apoſtolorum, & Doctorum clamoribus: tàm amaris filij Dei lacrymis: tot omnium ætatum horribilibus exemplis: tot ſignis & prodigijs, ab impuriſſimis mundi voluptatibus & peccati ſordidiſſimis volutabris, non cōmouētur ad beatitudinem & vitam in vera pœnitentia Pius ergò ſi ſis, vide ne in ſecuritatem prolabaris, neq; putaueris, ſi tranquillus tibi rerum ſtatus arriſerit, quòd tibi propter iuſticias tuas parcat Dominus, cum alios ob iniquitatem punit & delet. multò autem magis eo-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

rum te calamitatibus admoneri vt cautè ambules, ac in fide perſiſtas ne ſimiliter pereas. Quod ſi vero in impietate hactenus ſecurè verſabaris, vt è ſecuritate quàm citiſſimè eluctèris, nec pœnitentiam differas, memor quàm ſint tempora periculoſa, et hora aduentus Domini incerta, quæ ſicut fur in nocte, et laqueus ſuper caput volucris, hora qua non putatur, veniet ſuper omnem carnem. Ac licet quidem viſibilem illum aduentum ſuum, differre aliquantulum fortaſſe velit Dominus: hora tamen mortis omnium noſtrum ceruicibus, ita ſemper impendet dubia & incerta, vt nullus ſit ætatis vigor: nullum robur corporis : nulla potentia: nullæ diuitiæ tantæ, quæ minutiſſimi momenti ſecuritatem polliceri cuiquã poſſint. qualis vero ſua cuiq; dies mortis erit, talem ſortietur &

in

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

in reſurrectione euentum. Quare nec minore cura proſpiciendum erit, ne nos mortis hora incautos imparatosq́ obruat, quàm ne dormientibus ſecurè dies iudicij illuceſcat. Huc reſpicit illud Salomonis : Beatus qui ſemper eſt pauidus. Et Pſal: 94. hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra. quoniam & iuſto Dei iudicio contingit, vt cæcitas ſecuritatem ſequatur (vti meminimus) & pœnitentia ſera, rariſsimè ſit vera, in ijs præſertim qui affectata ignorantia in peccatis diu ſunt verſati.

Secundo, vitari etiam diligenter vult Chriſtus, blandum illum, truculentiſsimum tamen dæmonem, et plurimarum animarum & corporum internecionem Ebrietatem. Cauete, inquit ne grauentur corda veſtra crapula & ebrie-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

ebrietate, quæ etſi non ſemper ſit peccatum (neq; enim prohibetur hoc loco niſi quæ corda grauat) in procliui tamen eſt, ea ſemper impediri veram inuocationem Dei. Quomodo experimur multi, vnius ſaltem diei crapulum, interdũ bidui, interdũ etiã tridui inuocationem nobis intercipere, exuſcitare illicitarum perturbationum varias flammas ſicuti dicitur. ſedit populus mãducare & bibere, & ſurrexit ludere. Nã ſaturi & ſaginati, plerumq; Dei obliuiſcimur & luxuriantes ſæpe recalcitramus ac nobis ipſis & poſteris longam telam calamitatum & miſeriarum teximus. Sin autem continuatur malum, & in frequentem vſum ebrietatis voluptas tranſierit, corpus, mentem, cor & animam miſerè grauat affligitq; ac hominem ab homine ita prorſus tollit, vt præter extrema cor-

poris

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

poris lineamenta, nihil quicquàm humani reſiduum inuenias. Quemadmodum teſtatur Cicero 4 Tuſcu: Omnium, inquiens, perturbationum fontem eſſe dicunt intemperantiã, quæ eſt à tota mente, à recta ratione defectio, ſic auerſa à præſcriptione rationis, vt nullo modo appetitiones animi, nec regi nec contineri queant. Quod ipſum multis Theologorum & Philoſophorum hominum ſcriptis tàm eruditè quàm copioſè declaratur. quæ quibus ignota ſunt, aſpiciant illi, noſtri huius ſeculi beluas iſtas, homines dico omnem humanitatem exutos, qui nullis corporis Animæ ve damnis aut periculis, ab impuriſsimo ſuæ ingluuiei aqualico arceri poſſunt: & ſatis ſuperq́ euidentibus exemplis apparebit, Ebrietatem & crapulam non modo corporis omne robur deijcere: ſanguinem con-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

contagio inficere, decoremq́ et formam monſtroſa mutare metamorphoſi, adeoq́ corpus ipſum prorſus interimere: ſed & mentem & animã miſerè deformatam, non ſolũ ab omni ratione honeſtatis, verumetiam à Deo ita abalienare, vt præter ventrem, multi nullũ Deum colant. Eſtq́ hæc poſtremi huiuſce temporis communis ferè calamitas, & cauſa profundæ illius et furioſæ ſecuritatis, ac horribilium ſcelerũ quæ in omnibus ordinibus tàm ſunt frequentia, vt niſi paucorum piorum precibus, & infantum noſtrorum innocentia fortè remoratus fuiſſet Dominus, iam pridem iræ ſuæ diluuium in nos effudiſſet. Qui ergò veræ pietatis ſtudioſus erit, curabit ſedulo, ne cum ebrioſis inueniatur manducare & bibere, hoc eſt, ne ijs ſe ſocium miſceat, qui quotidianis ferè heluationibus pergrecantur, ſiquidem

experi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

experiētia certum eſt, eiusmodi porcos
perdendis tantū bonis frugibus natos,
in perpetuo contēptu Dei neglectuq́; ſa
crarum rerum omniū, viuere feroces et
efferos moribus verè Cyclopicis, qui
perpetuam illam inſaniam et furorē ex
ebrietate contractum ſequuntur. vt eru
ditè inſinuat Apoſtolus his verbis: No
lite inebriari vino in quo eſt ἀσωτία. Si
gnificat enim id verbum, talē luxū qui
ſimul coniunctos habet mores efferos et
barbaros. quales eorum ſunt, qui ſe cru-
dos toties ingurgitarunt, vt iam om-
nem frontē perfricuerint, modeſtiæ et
honeſtatis obliti, vnde paulatim pro-
grediūtur in furores planè diabolicos,
vix iā amplius, ac ne vix quidē, belua-
rū nomine digni. tales inquā, cū ſint E
brietatis fructus, nemo eſt verè Chriſti
anus, nemo pius, niſi tātā pietatis peſtē
execretur, quæ omniū ſcelerum fons &

 origo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

origo eſt, omnis caſtitatis, pudicitiæ & honeſtatis perditio, corporis Mors & Animæ interitus.

His porrò ſubiungit Dominus probibitionem curarum & ſollicitudinum huius vitæ, non quidem earum, quæ cuiusq; ſunt vocationis, vtpote quæ quarto & ſeptimo præceptis à Deo mandantur. Quomodo etiam patriarcham Iacob pro ſuis coniugibus, liberis & familia ſollicitari audiamus, cum inquit: Iuſtum eſt, vt & Ego aliquãdo meæ domui proſpiciam. Et Paulus: qui ſuis non proſpicit eſt infideli deterior: ſed quæ ſtulta vel impia curioſitate corda grauant, deſperantes etiam de prouidentia & benedictione diuina, prohibentur. Sunt autem duo hominum genera præcipuè, qui his ſollicitudinibus mirificè affligun-

guntur: Primi, qui inſatiabili quadam habendi libidine laborant, nihil ſolliciti quo iure qua ve iniuria diteſcant. Hi dum totis viribus ad diuitias contendunt, incidunt, vt ait Paulus, in tentationes & laqueos diaboli. Nam curas, cogitationesq́ ſtudium & omnem induſtriam, ita in res familiares conuertunt, vt vel languida admodum, vel prorſus nulla rerum ſacrarum cura afficiantur. Cumq́ ita præ amore auri cæcutiant, vt non intelligant opes, benedictione & cura diuina prouenire (quas humanæ diligentiæ acceptas referunt) nec petunt ſuos labores à Deo benedici vel augeri res neceſſarias: nec pro auctis gratias agunt. Sed ſuam induſtriam & Mammona vnicè colentes, nec Deo honori, nec proximo, imo ne ſibi quidem ipſis ſunt vtiles. Secundi: etſi non tanta diuitiarum inedia

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

marceſcant, nihilo tamen minus, præter vocationem, ſtulta curioſitate & angore animi de rebus neceſſarijs ſeſe onerant. idq́; non rarò ex impia diffidentia, cum non verè ſtatuant ſe Deo curæ eſſe, nec iuſtæ vocationis pios labores, ita benedici diuinitùs, vt magis benedicente Domino, quàm alēte pane ſuſtentemur, ſed Deum pani, Creatorem creaturæ ita alligant, vt ſine ea nihil eum agere cogitent. Ideoq́; & ipſi inextricabilibus vitæ curis ſe adeo implicant & inuoluunt, vt Dei prouidentiam et benedictionem, ſuæ etiam ſalutis curam, longè poſtponant Ethnicæ ventris ſollicitudini, in qua non rarò, quemadmodū etiam ſuperiores, ita turbantur, vt non niſi ferro et laqueis ſe poſſint expedire. quod violenti multorum & triſtes interitus vbiq́; gentium oſtendunt. Vult itaq́; nos Domi-

nus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

nus Ethnicas illas vitæ curas, quas præcipuè cum intemperantia ſub finem mundi adauctum iri præuidit, plane abijcere: omnemq; curam & ſollicitudinem ſibi à nobis porrigi & omnimodè relinqui, poſt diligentem ſuæ cuiusq; vocationis adminiſtrationem, iuxta dictum: Iacta curam tuam in Dominum & ipſe te enutriet. Item: Commenda Domino viam tuam, & ſpera in eum & ipſe faciet.

Poſtremò cum etiam turbis et confuſionibus, calamitatibus & miſerijs plena eſſent futura Extrema tempora, monere nos voluit, ne frangeremur animis, in quibuscunq; rerum turbis: ſuauiſſimam omnibus ætatibus proponens hanc conſolationẽ. Cũ videritis hæc fieri, ſuſpicite, attollite capita veſtra, ſciẽtes quoniã appropinquat Redẽptio veſtra:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

ſtra: quibus verbis etiam nos qui hodie viuimus, monemur, ne præſente totius naturæ conſternatione, & triſtiſſima rerum facie turbemur vt animum deſpondeamus, quemadmodum ſolent qui demiſſo in terram capite obambulant: verum vt illa potius vtamur in noſtri conſolationem, tanquam infallibili teſtimonio approximantis glorioſæ liberationis noſtræ, cuius ſpe magnum concipiamus animi robur in aduerſis, cui quidem adiungamus ſemper ardentem inuocationem Dei, deprecantes vt Clementiſſimus pater, propter immenſam bonitatem ſuam, calamitates, quibus ob communem infirmitatem, in his mundi confuſionibus inuoluimur, paternè mitiget. Ante omnia vero vt fidem & animos nobis adaugeat, quò quicquid erit aduerſi vel voluptatis mundanæ ex alto deſpicientes, de ſola

anima-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

animarum noſtrarum ſalute, & futu-
ra in glorioſo Aduentu Domini, glo-
rioſa liberatione vnicè ſollicitemur,
quomodo qui conſilium Domini ſequū
tur, et totius vitæ curriculum ad hanc
præſcriptionem moderantur, hi in me-
dijs nouiſſimorum dierum tenebris &
turbis vigilantes, extremi iudicij Ad-
uentum tutiſsimè expectant. Te vero
vnigenite fili Dei Domine Ieſu Chri-
ſte, per miſericordiam & φιλανθρωπιαν,
tuam toto pectore precamur, mane no-
biſcum ſub hanc triſtiſſimam deliran-
tis mundi veſperam, dignatus pro in-
exhauſta bonitate tua, ardens in nobis
veræ pietatis ſtudium & languentem
fidei flammulam exuſcitare: ne dubi-
tationum tenebris, vel præſentium ca-
lamitatum magnitudine oppreſſa ex-
tinguatur. Sis queſo comes itineris
noſtri, vt lucis tuæ participes ſale-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

*broſas mundi viuas prudenter pene-
tremus, & tecum ſoſpites in bea-
tæ vitæ conſuetudinem
perueniamus A-
men.*

FINIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

rudenter pene-
ſpites in bea-
tudinem
us A-

I S


Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 396 8° copy 1